DE
HYDROPHOBIA NONNULLA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI
MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITTERARIA
GRYPHICA
PRO SUMMIS
**IN MEDICINA CHIRURGIA ET
ARTE OBSTETRICIA**
HONORIBUS
RITE IMPETRANDIS
DIE V. MENSIS OCTOBRIS ANNI MDCCCL
PUBLICE DEFENDET SCRIPTOR

FRIDER. WILH. V. D. NAHMER,
GUESTPHALUS.

OPPONENTIBUS:
B. TYRELL, DR. MED.
E. BERGER, DR. MED.
F. MITTMANN, CAD. MED.

GRYPHIAE.
TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.
MDCCCL.

PATRUELI OPTIMO

HENRICO V. D. NAHMER

HANC DISSERTATIONEM

GRATI ANIMI DOCUMENTUM

ESSE VULT

SCRIPTOR.

Praefatio.

De rabie canina dissertationem scribere suscepi, non quod, quae de ea dicam, magni esse aestimarem, sed quia more dissertationis scribendae constante, casus mihi oblatus erat, quem ipse accurrate observaram et qui sectionem, quae magni erat momenti, adduxerat. Neque vero valde facile est, de ea re scribere neque omnino jucundum in iis quae de hac re scripta sunt, elaborare; sat enim multi libri scripti sunt et is, qui perlegit ut in suam rem aliena convertat (alienis enim gloriari in dissertatione componenda saepe haud iniquum videri potest) facile eo redigitur, ut, cujus sententiam sequatur, nesciat. Et quod omnium malorum extremum, multa jam infirma, ne dicam non vera, inconsiderate scripta sunt, multique scriptores, quae jam edita erant, excerpserunt et rescripserunt et qui ut alicujus sententiam honesto

quasi modo compilet, libros attingit et legit saepe certe meminerit praeclare dicti: „Cantabit vacuus coram latrone viator.“ Fortuna vero secunda, quae de rabie canina omnia scripta sunt, perlegere non potui; nostra enim bibliotheca de hac re largos fructus praebere mihi non potuit.

Jam ne omittam, sectio coram Ill. Berndt, Cel. Laurer, Dr. Eichstedt, Dr. Glubrecht et coram medicinae studiosis ab Ill. Schultze, anatomes et physiologiae professore instituta est. Porro historia morbi etsi, postquam puer decessit, plane perfecta est, actis nititur, quae ipse ante pueri mortem, ab lecto non cedens, accurate composui.

Denique ante historiam morbi et sectionis relationem pauca ab opinionibus, quae hoc temporis praevalent, partim discrepantia, dixi; quorum jus me habere puto.

Iydrophobia, seu Hygrophobia, seu Rabies canina, i. Theugydron (Polybius) s. Pantophobia (Aristotees) s. Cynolysson (Andreas Carystius) s. Phobolipson (Dioscorides) s. Aerophobia (Aetius) s. Phreiitis latrans, die Wasserscheu, Hundeswuth, Wuthkrankheit.

Hydrophobia morborum est antiquissimorum et iaxima vehementium. Si hujus morbi symptomata xterna, quae conditiones naturales, quibus aegrotus ad es externas est, sublatas esse, ostendunt, non tam magam gravemque vim in alios homines exercerent, morus non terribilior videretur, quam alii multi, quorum ltima stadia nullam reconvalescentiae spem praebeant. ic morbus sine dubio jam multo ante id tempus, quo pparet, existit, et quum apparet, ultimo quasi decursus adio est. Quotquot de hoc morbo viri exellentissimi et eratissimi scripserunt, quantam operam huic cognoscendo et rspiciendo dederunt, neque eum recte aestimare possu us neque multo majores theraphiae progressus fecimus, iam atiquissimi medici, qui eam cognoverunt. Jam orapollo, qui anno 1070 a. Christ. florebat, de eo

morbo retulit eumque contagiosum esse existimavit e Cornelius Celsus et Dioscorides curationis viam ingress sunt, quam nos his quoque temporibus adhibere sole mus. Dioscorides enim vulnus scarificavit, cucurbitula admovit, majora vulnera adurendo effecit, ulcera art effecta remediis sustentavit et vulnera ulceraque matur sanata aperuit. Neque mirum est, quod rabies canin recte nondum aestimata est, quam ad rem nobis plan fere obtectam, ad principium nervosum referenda ess videatur, sed non dubium est, quin de quibusdam huj morbi rationibus magis rectum judicium ferre possimu si minus speculationum abstractarum sed experimento rum eorumque sequclarum magis respectum haberem et si medici superiorum temporum, quae verisimil esse viderentur, vera non professi essent. Eos ver qui gloriae, veritate neglecta, causa de hoc morbo scr pserunt, plane silentio praeteribo.

Quamquam pathologica anatomia, quae vulgo d morbi essentia quam maxime certiores nos facit, hydro phobiam in medio fere relinquit, neque accurate, qu spectet, nos edocet, tamen omnia quae de hydrophob exponuntur, pathologica anatomia nitantur necesse e quum omissis momentis positivis, negativa quoque mag habenda sint. Quum rabiem caninam et hominum animalium eandem esse contendamus, quod postea d monstrabimus, aut, si illud non verum sit, negari n possit, quin arcte conjuncta sit, ei, quod exponendu nobis est, summarium eventuum sectionum in homin bus et animalibus institutarum, praemittemus. — I sectione pueri, qui in nostra urbe rabie canina mortu est, in hostoria morbi referemus.

Summarium eventuum sectionum in animalibus institutarum.

In hoc summario Faberii opus, quod diligentissime et ingeniose perscripsit[1]), sequor, sed accurate et arithmetice, quae in singulis sectionibus reperta sunt, exponere non possum. Quae igitur ex sectionibus, in canibus 51, vulpibus 150—160, felibus 60—70, martibus 7, melibus 8, equis 3, jumentis 51, ovibus, 3, capris 2 institutis, secuta sunt, haec exponam.

Magna putrescentia conjuncta cum odore malo vix ferendo aeque saepe reperta est, ac deficiebat.

Atrophia valde magna inprimis canes et vulpes laboraverunt, minus feles et jumenta.

Conjunctiva saepius rubro colore infecta erat.

Bulbi aut elati aut in orbitam regressi erant.

Cornea aut turbida et collapsa aut splendens erat.

Maxilla inferior ex rabie miti semper paralytica, ex rabie furenti secundum Prinz et Eckel in canibus arcte maxillae superiori connexa erat.

Membranae cerebri omnium animalium morbosae et atro sanguine liquido impletae erant. In rabie vero miti vasa inprimis plexus magis sanguine abundant, quam in furenti.

Cerebri substantia canum, vulpium, luporum, porcorum saepius mollis quam arida, mox albida moxs au-

1) Die Wuthkrankheit der Thiere und der Menschen, Karlsruhe 1846. Quod attinet ad plurimos scriptores a me laudatos, confer scripta in appendice commemorata.

guine abundans; in ovium cerebro vero, quas illo morbo correptas magna cum vehementia omnia, quibus circumdatae sunt, ferire addere debemus, semper abnormis sanguinis vasorum abundantia inerat. Medici francogallici et anglici inprimis in substantia cinerea, quae ad mollitiem delabi videbatur, hanc sanguinis abundantiam invenerunt, medullaris vero substantia sanguine vacua erat. Blaine nihil nisi inflammationem magnam in membranis cerebri vidit, id quod consentiunt Youatt, Yvart, Vatel. Haugius vero cerebrum ejusque membranas normales, Hoerdtius utriusque ventriculi alterum vacuum, alterum rubido liquore impletum, Hartmann utrumque mire aridum esse animadverterunt.

Medulla oblongata canum et vulpium nonnunquam normalis, saepius vero sanguine abundans, nonnunquam mollis erat. Youatt semper injectionem membranarum et substantiae animadvertit, inprimis in corporibus olivaribus, in quibus exiguae sanguinis guttae cultrum semper sequuntur et cobor ravus cum helvolo miscetur.

Membranas medullae spinalis plures medici[2]) sanguine abundantes, alii substantiam normalem, alii mollem, pulti similem invenerunt, quin etiam substantia semel in regione primae vertebrae lumbalis liquida erat. Substantiae cinereae superior pars violacea fere erat, qui color magis vegetus erat in regione lumbali, in qua inflammationis quoque partes in mollitiem transire videbantnr. Eckel in caverna medullae spinalis canum nullas mutationes persistentes invenit, et passim tantum serum fusum sanguineum, inprimis saepe in jumentis animadvertit.

---

2) Hertwig. Beiträge zur näheren Kenntniss der Wuthkrankheit oder Tollheit der Hunde p. 52.

Quum alii, Hertwig[3]), Prinz, Veith, Grindrod, Eckel in nervis nihil abnorme invenerint, alii ramificationum neurilema nervi trigemini, sympathici, vagi, facialis, hypoglossi, nervorum medullae spinalis, nervi splanchnici plus minusve rubidum esse animadverterunt.

Labia, gingiva et oris tunica mucosa canum, vulpium, felium nonnunquam normalia, nonnullis in casibus livida, saepe rubida et magis arida quam humida erant. Lingua canum, vulpium, feliumque saepe normalis, saepe caerulea, nigricans, fusca et rubida erat; in singulis vulpium cadaveribus venae sanguine valde impletae erant. Youatt[4]) in rabie miti linguam invenit tumidam. Sander vero animadvertit, jumentorum linguam, velum palatinum, eo magis inflammata et tumida fuisse, quo diutius morbus persistiterit.

Glandulae salivales fere semper normales erant, raro rubidae aut fuscae; neque unquam inflammatae erant, nisi saepe in epizootia vulpium rabidorum.

Pharynx canum, vulpium, martium plerumque non morbosa erat; attamen Hering, Heifelder, Fichtbauer, Buzorini, Roemer, Hertwig eam colore rubro et nigro infectam esse observarunt. Secundum Youatt in rubie furenti raro inflammationis signa desunt, in miti semper adsunt.

Oesophagus saepe normalis, saepius tamen morbose infectus erat eoque fortius, quo propior cardiae est.

Ventriculus omnium animalium gravissimas abnormitates et maxime persistentes ostendebat. Membranorum superficies externa multo saepius morbosa quam

---

3) l. c. p. 52. et seq.
4) The reterinavi. Vol. XI. N. 121.

integra erat, plerumque illae inflammatae aut sanguinis vasa atro sanguine liquido repleta erant. Omnes fere, qui de hac re obseruationes instituerunt, internam superficiem inflammatam esse animadverterunt, neque de ulla alia re inter se differunt, nisi de ejus genere et gradu. Prinz atras maculas, quas varias numero, magnitudine formaque in tunica mucosa invenit, signa esse characteristica ostendit. In ventriculo vero lignum, stramentum, avena, gramen, frons, folia, salvia officinalis, corium, stercus, fimus equinus, cornu, stupa, funiculus, crines, turfa, arena, sabulum, humus, silices, pix omninoque res tales inventae sunt, quas animalia edere non solent, et hoc signum tam saepe occurrit, ut Blaine in sectionibus ducentis bis tantum se non animadvertisse confirmet.

In tractu alimentario plerumque clara inflammationis signa, nonnunquam quoque res alienae observatae sunt.

Hepar plerumque et quidem animalium carnivororum magis quam herbaticorum morbosum erat, saepe adauctum et sanguine impletum saepissime quoque molle, cariosum, fuscum, atrum, glaucum.

Vesica fellea canum plerumque normalis erat, vulpium vero caerulea, rubida, fusca, mox crassa, mox glutinosa, mox tenui bile turgebat.

Lien nonnunquam morbosus, nonnunquam sanus erat. Quum Locher[5]) semper eum inflammatum ejusque superficiem albidis, rubidis bullis obtectum esse observaret, et post eum Theurer, Friz, Ruof, alii ut Hertwig bullas non animadverterunt.

---

5) Dissert. magnum lienis in Hydrophobia moment. Götting. 1822.

Pancreas et Omentum praeter nonnullas mutationes pathologicas, quae plerumque ad colorem et vasorum abundantiam referendae erant, fere semper normalia erant.

Sanguinis vasa mesenterii sanguine atro turgebant.

Respirationis via ea plerisque, qui eas observarunt, morbosae repertae sunt; nonnullis in casibus narium tunica mucosa rubida erat.

Blaine, Neumann, Youatt inflammationem laryngis signum characteristicum esse existimant.

Praeterea Youatt confirmat, in anteriore epiglottidis parte vasa minora semper injecta se invenisse et saepe omento saepe, singulis tantum ramis hanc partem obductam fuisse.

Porro in parte posteriore pharyngis Youatt, Walz, Jaeger, Koechlin tunicam mucosam conspissatam esse vasaque injecta observarunt; nonnunquam illae inflammationes in chordas quoque vocales et in ventriculos laryngis funduntur. Hertwig observavit, laryngem et epiglottidem magis quam vulgo fit, rubidam fuisse, attamen non semper. In arteria aspera et in bronchiis alii ut Hertwig nihil abnorme observarunt, nisi ruborem, qui nonnunquam animadversus est, alii vero ut Blaine et Youatt, magnum inflammationis gradum. Franque, tribus casibus exceptis, semper vulpium laryngem et tracheam normalem vidit. Trolliet[6]) refert de muco sanguineo, qnem in arteria aspera observavit, Youatt autem in casibus viginti vix semel vidit.

Pulmones secundum Hertwig plerumque sanguine

6) Nouveau traité de la rage. Lyon 820.

valde impleti erant, quare eorum superficies fusco colore nonuunquam caeruleo infecta, singulis quoque in casibus inflammati erant, quod fere omnes, qui de hac re observationes instituerunt, observarunt.

Pericardium plerumque normale erat, nonnunquam serum continebat et semel in equo atras echymoses.

Cordis externa pars secundum Hertwig nihil abnormitatis prae se ferebat, ipsum plerumque fllaccidum erat, ejusque venae sanguine fusco impletae erant et aeque interior pars, sed neque inflammatio neque exsudatum percipi poterat; plerique medici, qui sectiones instituerunt aut exteriorem ejus superficiem aut interiorem aut utramque valde rubidam esse ipsumque sanguine atro, et liquido aut coagulato impletum invenerunt. Et Youatt, qui praeter Hertwig observationes quam maxime accuratas instituit, dicit, cor in novem casibus e decem nihil nisi adauctum, sed varium fuscum colorem cutis ventriculorum ostendisse; tum tantum quum vehemens febris cum rabie canina conjuncta fuerit, interiorem cordis membranam colore carditidis indutam fuisse. Moneyment signa inflammationis egregia inprimis in iuterioribus cordis partibus et aeque in arteria pulmonum, in aorta et in ramis principalibus, qui ab ea exeunt, se observasse confirmat. Hertwig nihil abnormitatis in vasis vidit.

In canum pleura, qui rabie canina laborabant, Youatt nonnunquam inflammationis maculas, nunquam vero adhaesiones observavit.

Renes saepius sani quam morbosi, sin morbosa, aut inflammati aut gangraenae vestigiis notati erant.

Vesica urinaria fere semper normalis erat et rissime inflammata.

Genitalia plerumque prorsus sana, neque unquam fere sanguine abundabant aut inflammata erant.

Sanguis plerumque ater, piceus, nonnunquam fere liquidus[7]. Musculatura omnino modice rubida, sanguine abundans, mollis erat.

Summarium rationum sectionum in hominibus institutarum[8]).

Inter casus viginti sex ex observationibus, quas Morgagni, Villa, Trolliet, Brera, Koreff, Bonnet, Clarus, Rust, Lalouette, Herbst, Holscher, Settegast, Vaugham, Heim, Rabington, Horn, Sandtmann, Wagner, Grant, Testa, Portal, instituerunt, animadversa sunt:

Nullae mutationes	3
putredo mature accedens	5
putredo sero accedens	2
magni livores	5
emphysema colli et mediastinorum	1
facies quieta	3
Nervi ab arido, purulento, caeruleo aut inflammato, morsus loco exeuntes erant normales	2
lassi et albidi	2
in neurilemate rubidi	3

7) Cum hac re chemica analysis Ragscina consentit; deminutam enim aquae quantitatem et Haemato-globulini adauctam ostendit.

8) Quod Summarium converti ex Suckow. Die gerichtliche medizinische Beurtheilung des Leichenbefundes. Jena 1849.

in tunicis nervorum propriis rubidi	6
Membranae cerebri sanguine abundantes	8
Cerebrum sanguine impletum	6
cerebrum durius	4
cerebrum mollius	2
cerebrum aridius	6
Secretiones serosae sub membranis cerebri . . .	7
in ventriculo	3
Ventriculus aridus	1
Membrana medullae spinalis rubida	2
Larynx rubida	5
Arteria aspera rubida	3
Pulmones sanguine impleti	8
„ non impleti	2
Pulmones emphysematici	2
„ collapsi et aridi	1
Diaphragma rubidum	1
Pleura rubida	2
Pericardium aridum	7
„ non multo liquore impletum est . .	2
„ inflammatum	2
Cor lassum et vacuum	2
Cor impletum	5
Inter aortam et venam cavam coagulationes fibrinosae	1
Arteriae sanguine impletae, venae vacuae . . .	1
Sanguis coagulatus	2
„ piceus	3
„ liquidus	1
Sanguis aere bullitus	3
Papillae linguae effectae	2
Gula et oesophagus rubida	5

Exiguae faucium bullae	2
Ventriculus rubro colore injectus	5
Sugillationes in eo	1
Ventriculus extensus	3
„ contractus	1
Duodenum rubrum	2
Ren languidus	1
Ren sanguine abundans	2
„ pulti similis	1
Hepar sanguine impletum	2
„ elatum et turgens	1

Quae ex sectionibus secuta sunt, nullam nobis potestatem praebent, ut certum verumque judicium feramus. Gravissimum sectionum momentum sunt inflammatae et congestivae rationes in diversis corporis humani partibus. Porro et in hominibus, qui ex rabie canina mortui sunt et in animalibus magnam sanguinis abundantiam membranarum cerebri et medullae spinalis et cerebrum in secta parte maculis rubris distinctum observatum esse videtur et in animalibus quidem multo adhuc saepius quam in hominibus. In illis medulla quoque oblongata, plerumque mollis et sanguine impleta erat, quum ex hominum cadaveribus sectione instituta nihil fere ejus rei sese manifestarit.

De stomachi et laryngis inflammatione, quae in animalibus fere semper observata est, infra referemus. — In trismo et tetano pro illo morbo totidem affectiones systematis nervorum centralis ejusque velaminum invenimus. Casus quadraginta septem collecti ex observationibus a Bang, Frère, Hanke, Walter, Froriep, Lepelletier, Larrey, Brüggemann, Seid-

ler, Schneemann, Bohn, Finkh, Schöller, Levi, Elsaesser, institutis haec ostenderunt:

Hyperaemiam membranarum cerebri	10
Hyperaemiam cerebri	9
Secretiones serosas in membranas	7
Secretiones serosas in ventriculo cerebri	3
Ariditatem membranarum cerebri	2
Hyperaemiam membranarum medullae spinalis .	13
Extravasata inter membranas illas fusa apud homines recentes natos	3
Sanguineo-serosas secretiones in illa se effundentes	7
Exsudata ex inflammatione orta	2
Medullae spinalis mollitiem	3
„ „ lentitiam	1
„ „ hyperaemiam	4

Quattuor vero in casibus prorsus nulla mutatio observata est. Qui sectionum status efficit, ut judicium ferentes de hominum ex hydrophobia mortuorum sectionibus, quam maxime cauti providique simus, nam quum certe confirmare non possimus, utrum illae mutationes spasmorum sequela an causa fuerint, non temere dijudicare debemus, utrum illae alterationes pathologicae Hydrophobiae ipsi, nulla alia causa adhibita, attribuendae sint an spasmis illa procreatis. Aliquam quidem ejus rei rationem petere possumus, si cum illis, quae ex sectionibus hominum veneno necatorum secuta sunt, comparamus. Nam etiamsi in his nulla omnino signa persistentia observantur, tamen saepissime cerebri ejusque membranarum abnormis sanguinis abundantia, quum in venificio narcotici tum veneficio vulgo in venitur, quod nonnullis acerrimis remediis exempli causa Phosphoro et Arsenico effectum est. Aeque ex veneficio

genito nuce vomica, spiritu vini, cicuta virosa, cerebri mollities et serosae secretiones in id se effundentes observatae sunt. Cui si addimus, veneficia quaedam morbi symptomata proferre, quae multis in rebus rabiei caninae similia sunt, pathologicas rationes systematis nervorum centralis ejusque membranarum hydrophobiae ipsi attribuendas esse, jure nos contendere posse existimo.

Casus ille, quem in nostro nosocomio observavimus, inflammatoriam affectionem praevaluisse edocet. Magni tamen momenti est quod ganglia Gasseri partim injecta, partim inflammata erant et ventriculus septi pellucidi sero impletus erat, id quod nisi magnopere fallor, usque ad hoc tempus nondum observatum est.

Gangliorum Gasseri inflammatio sine dubio eum dolorem efficit, quo puer in occipite quam maxime laborabat. Atrae maculae, quae erant in sacco coec. ventric. ut microscopium ostendit, ex Hydrargyri effectu ortae erant.

Porro quum quaerimus, qua re arachneidearum adhaesiones ortae sint, difficultas quaedam occurrit, utrum sequela sint acutae inflammationis, quae cum erupta rabie canina consociata erat, an jam multo antea constiterint; attamen non dubium esse credimus quin malum medullae spinalis jam antea in corpore situm fuerit. Symptomata enim, quibus medullam spinalem malo correptam esse colligere possimus, non ante mortis diem exsistunt, neque horis decem aut duodecim praeterlapsis exsudatum inflammatorium in adhaesionem transiisse conjicere debemus, quum sciamus, organisationes ejus generis ante diem alterum aut quartum non effici. — Ex iis vero non sequitur, ut per hydrophobiae decur-

sum alterum medullae spinalis malum genitum esse non possit, imo aliae rationes medullae spinalis pathologiae acutum malum indicant, quod ad hydrophobiam ipsam referamus necesse est.

Ex iis igitur, quae de sectionibus retulimus, elucet; „nihil aliud certum contendere nos posse, nisi per „hydrophobiae decursum praevalere affectionem inflam„matoriam, quae aut hyperaemiam non excedat aut „ad veram inflammationem ejusque sequelas procedat, „ejusque sedem, quae plerumque quidem varia est, in„primis tamen in regione systematis nervorum ejusque „membranis sitam esse; et praeterea in animalibus in „trachea et in ventriculo.“

Quamquam vero ex sectionibus varia diversaque secuta sunt, ex iis tamen saepissime et ex morbi decursu ejus qualitatem et essentiam viri doctissimi explicare studuerunt. Nam, ut omittam, medicos saepissime ex hominum tantum sectionibus, quin animalia respexerint, conjecturas fecisse, saepe quoque nihil aliud secuti sunt, quam quae ex sectionibus ab ipsis fortuito et casu institutis, collegerant. Quum vero omnes sectiones inflammatorias adesse affectiones ostenderint, quam plurimi medici morbum inflammationem esse existimant; neque quum inflammationes in omnibus fere corporis humani partibus occurrant, ulla vix fere pars est, in qua inflammationis sedem non posuerunt.

Jam Democritus[8]) morbum nervorum esse inflammationem contendit. Alii morbi sedem cerebrum ejusque membranas esse existimaverunt (Asclepiades, Parcival, Andr. Marshal), alii pulmones, alii me-

8) Cael. Aurel. cap. 14 et 16.

dullam spinalem, alii laryngem et tracheam (Trolliet), alii pulmones et diaphragma (Broussais) seu cor et magna sanguinis vasa (Kreisig[10]), Schneider)[11]), alii oesophagum (White[12]), (Simon), alii pharyngem (Mangold[13]), Buchner[14]), Neumann), alii stomachum et tractum alimentarium (Youatt[15]), alii hepar, alii ipsa genitalia.

Morbi vero essentiam in inflammatione positam non esse, jam id solum demonstrat, multas sectiones institutas esse, quae nullam rem pathologicam ostendebant. Et si jure therapeuticos eventus optima theoriae specimina esse judicamus, quid tum antiphlogosis effecit, quid ipsae graves venaesectiones ab Tymon[16]) et Schoolbred medicis Indiae orientalis denuo commendatae saepeque adhibitae profuerunt?

Nam etiamsi multi medici morbum illo remedio prosperum exitum habuisse gloriantur, tamen vix unum casum, in quo vera hydrophobia antiphlogisticis et inprimis venaesectionibus sanata sit, afferre possumus, innumeros vero, quibus sanatio non effecta sit. Et quod magis adhuc recte nos judicasse indicat, venaesectionibus institutis vires multo celerius aegrotum deficiunt et morbus celerius decurrit. Nostro quidem in casu aegrotus, qui

---

10) Die Krankh. d. Herzens. Bd. III.
11) Ueber die Gifte in mediz., poliz. und gerichtlicher Hinsicht. 1824.
12) Frorieps Notz. XI, 1493, XIII, 25, 265.
13) Dissert. de Hydrop. a morsu animal. rabid. Erf. 1765.
14) Dissert. de nonullis ad rab. canina et hydroph. pertin. Halae 1767.
15) Youatt on hydrophobia 1825, on canine maddness. Lond. 1831.
16) Hufelands Journal 1814.

tempore, quo venaesectio facta est, bonis adhuc erat viribus, atque quo vellet moveri poterat, horis quattuor vix praeterlapsis vitam cum morte commutaverat.

Sed de variis inflammationis sedibus nihil dicendum esse existimo; opinionem illorum, qui morbi essentiam in circumscripta corporis parte ponunt, levem neque satis firmam esse jam e solis sectionibus intelligi licet; inflammationes enim, quamquam negari non potest, eas cum hydrophobia conjunctas esse, ejus essentiam non efficiunt, neque quidquam nisi sequelam hydrophobiae secundariam esse infra demonstrabimus.

Hydrophobiam vero

morbum psychicum

non esse, quod passim dicitur, jam res sectionum pathologicae, acutus morbi decursus et contagium effectum, quod scalpello propagari potest, demonstrant. Quam ob rem de hac re nihil praeterea dicendum mihi esse existimo.

Sed multo graviores ii medici sunt, qui hydrophobiam

febrim

esse dixerunt, quam opinionem jam antiquitate nostrisque temporibus multi medici complexi sunt. Medici, qui theoriam humoralem secuti sunt, febrim putridam malignam, alii inflammatoriam, alii febrim nervosam alii, eam facile transire posse in febrim biliosam, typhosam existimarunt. Inter medicos nostrae aetatis inprimis Faber[17]), qui observationibus accurate et diligenter institutis magnis in hunc morbum meritis insignis est, eam febrim initio contagiosam inflammatoriam esse exis-

---

17) l. c.

timat, quae saepe conjuncta cum complicatione biliosa nonnunquam sine illa existat, semper vero eam delabi velle ad febrim nervosam versatilem aut stupidam, et ita existere mox rabiem furentem mox mitem.

Ad quam opinionem confirmandam Faber[18]) a multis aliis diversus est eo, quod non fundamentis materialibus, rebus comprobatis, sed abstractis conjecturis logicis nititur. De hac re, quae tamen non ei propria, sed jam a Koechlin aliisque constituta est, ipse haec dicit: — „Wenn nun die Wuthkrankheit keine örtliche, sondern eine allgemeine ist, wenn sie, wie bereits angeführt worden, nicht zu den chronischen, sondern akuten gehört, wenn sie also weder eine rein örtliche Entzündung, noch eine Geisteskrankheit noch eine andere Nervenkrankeit ist, so bleibt nichts übrig, als sie für ein Fieber zu erklären.“ — Febrim contagiumque adesse rebus factis comprobare studet, sed febrim semper adesse, jure negare debemus. Nam febris non existit, nisi morbus jam provectus sit, eamque mediatim tantum ex hydrophobia provocatam inflammationis symptoma reactionum, quae neque semper adest, neque si existit, semper magnam vim exercet habeamus necesse est. — Prae omnibus vera respiciendum est, in hydrophobia maximam nervorum irritationem inesse. Quid? Num existimandum est cor et nervos vasomotoricos illa irritatione non tangi? imo ut in quaque alia corporis et animi concitatione celeres concitatos pulsus efficiat, necesse est, an censes, angorem incredibilem, quo aegroti laborant, motionem sanguinis non efficere, quae a sana quieta sanguinis vita multo differat, quaeque febris credi

18) l. c. 352.

possit? Si nervorum systema tam valde mutatum est, ut fidelis canis dominum mordeat, ut equus mitis ferocitate exsultet, ut vulpes timida, timore non mota homines adoriatur; si homo ipse terribile hujus morbi vi prorsus animo perturbatus, si vita nervorum circumvagatur et jactatur, si animus aestuat, neque quidquam quietis capere potest, his omnibus diligenter consideratis num contendere debemus, sanguinem non turbatum per vasa arteriasque se profundere posse?

Quaeque vero sanguinis motio febris non est, et si in hydrophobia febris existat, cum inflammatione manifestatur, ita ut in hac morbosa sanguinis motione quum nervorum systematis irritatio tum inflammatio partes suas habeant; id quod ipsae observationes satis satisque ostenderunt. — Nam in historiis morborum, quas petere poteramus, de febri multis in animalibus et hominibus nihil dictum est et Hertwig[19]), qui tam multas accuratasque observationes instituit, febrim non semper animadvertit. In casu, quem in nostro nosocomio habuimus, quattuor horis ante mortem, hydrophobia quam maxime vigente, febris nondum exstiterat, vix pulsus erant concitati et si febris apparuisset, quid ad hydrophobiam esset eamque attingeret, quum tot locales inflammationes nobis occurrerent? Quare bene discernenda est febris, inflammatione consecuta, ab sanguinis motione, nervorum irritatione effecta.

Faber[20]) ut suam opinionem defendat, inter alia haec dicit:

„Es gibt keine akute kontagiöse Krankheit, welche

---

19) Cf. histor. morbi, quas l. c. communicavit.
20) l. c. 355.

nicht zugleich ein Fieber wäre, and es gibt keine Nervenkrankheit, bei der sich ein Contagium bilde; also, sic concludit, haben wir in der Hundeswuth Fieber und keine Nervenkrankheit.“

Haec vero via probandi, notionum definitionibus allata, nullo modo probari potest; quam si premeremus, si vitam definitionibus notionibusque cognoscere neque notiones a vita abstrahere vellemus, non multas res invenire possumus, quia tantum abest, ut res novae ea, quae usque ad hoc comprobata erant, emendent et expleant, ut iis fellantur.

Et si verum esset, usque ad hoc nullum fuisse nervorum morbum, qui contagium procreavit, num fieri non potest, quin morbus recens (omnes enim morbi initium habuerunt) existat, in quo hoc ita sese habeat? Etsi unus tantum esset morbus — ipsa hydrophobia! — Stricte et accurate adhuc demonstrandum est, eam non esse morbum nervosum.

Porro scimus, quantam vim nervorum systema in secretiones excerceat, et ut ab illo veneficium lactis nutricum nulli morbo simile existit, ita contagium quoque ab illo effici potest. Quid? Quis est, qui fieri hoc non posse neget?

Qui vero argumentis nondum confirmatis pertinaciter huic contrarium esse contendat, nimis difficilis habendus est.

Accedit, quod morbi acuti sunt sine febribus exempli causa in singulis veneficiis, quibus rebus fit, ut quod Faber morbi essentiam esse pro certo habuit, non tam firmum sit, ut refelli non possit.

Porro Faberum[21]) contendentem febres illas

---

21) l. c. 362.

contagiosas facillime transire posse in febrim nervosam versatilem et stupidam (quae nominantur rabies furens et mitis) refutare coacti sumus. Rabies enim mitis permutatio morbi decurrentis non est, sed inde ab initio symptomatibus characteristicis satis manifestata est.

Multi medici hydrophobiam morbum nervosum esse censent, quorum alii sedem ejus in cerebro aut in nervis, qui deglutitioni respirationique inserviunt, ponunt, et alii morbum spasmis adnumerant.

Andral[22]) de hoc morbo eo loco, quo de sensibilitatis morbis dicit, refert. M. Hall[23]) vero systematis spinalis morbum esse et quidem centripetalem credit. Romberg[24]) denique ejus essentiam gigni credit eo, quod in ea parte, qua nervi respirationis et deglutitionis oriuntur, summa reflexuum propensitas inest, quae efficit, ut nervi, qui inspirationi et deglutitioni inserviunt, nimiam vim exerceant; eum vero excessum conjunctum esse cum effusionibus motoriis per nervos inspirationis et deglutitionis; disputat de eo morbo in ea libri parte, qua spasmos spinales persequitur.

Omnino negari non potest, illam opinionem, ex qua hydrophobia nervorum morbus est, multa secum veritatis documenta ferre; nam ejus rei testes esse videntur:

1) Morbi decursus.

2) Omnia symptomata graviora sedem suam in systemate nervorum habent.

---

22) Vorlesungen über d. Kht. d. Nervenheerde p. 394.
23) Von den Kht. d. Nervensystems p. 400.
24) Lehrbuch der Nervenkht. d. Menschen p. 410.

3) Animi concitationes morbi eruptionem adducere possunt.

4) Sectiones aut nihil abnorme ostendunt, aut nihil quod constanter maneat.

5) Neque remedia, quae ad inflammationem, neque quae ad febrim spectant, ad curationem quidquam va-luerunt.

6) Hanc opinionem veram esse, omnia, quae ad superiorem illam refutandam disputata sunt, comprobare videntur.

Quamquam mihi quoque persuasum est, hydropho-oiam nervorum systematis morbum esse, tamen ex iis, quae usque ad hoc temporis de illo morbo medici ob-ervarunt, prorsus certum locum, quem in morborum ystemate ei attribuamus, indicare nos posse nego. Quum enim rabie erupta sanguis, caro, saliva etc. sine lubio morbo affecta sint, quumque nos neque specialem iervorum morbum neque sanguinis aliusque generis esse ro certo dicere possimus, id solum in rubricatione iydrophobiae, si ejus essentiam recte dignari volumus, espiciendum est:

quo modo infectio sit provocata, utrum san-guine an nervis an ulla alia re;

t deinde,

qua in re *letale* consistat.

Sed priusquam progrediamur, de resorptione ve-eni quaedam dicenda esse existimo.

Quod attinet ad viri receptivitatem, quam nervi ha-eant, experimenta variorum venenorum, quibus nervi uam maxime tanguntur et afficiuntur, quaeque simili ere modo, quo virus, ad eos valere videntur, edocere os debent.

De resorptione veneni et ratione, qua vim suam exerceat.

Primo loco opiniones, quae de hac re propositae sunt, ponemus.

Virus resorbetur:

1) primum systemate lymphatico,

2) deinde venis et quidem aut statim ut serpentim virus resorbetur (Blaime) aut aliquamdiu in morsus loco manet, deinde resorbetur, quo efficitur, ut sanguis perturbatus effervescat et reactio systematis nervorum sequatur.

3) Porro virus inde a morsus loco confestim in nervos vim exserit. (Le Roux, Porteau, Nugent). M. Hall[25]) de hac viri vi haec dixit:

— „Ein in die Wunde, wahrscheinlich in die Substanz der feinen Fäden excitorischer Nerven gelangtes Gift ist die Ursache dieser Krankheit.“ —

4) Genzke[26]) existimat, seminium hujus contagii in tunicam mucosam, quae nervis et vasis abundet, depressum, vires suas expandere et paullatim accrescendo ex inclinatione sua individuali metamorphosin procreare pathicam systematis nervorum peripherici; eamque postquam gradum certum nacta sit efficere, ut organismus totus reactionibus afficiatur et morbus gignatur.

5) Naumann[27]) sibi persuasum est, virus in

---

25) M. Hall, die Krankheiten des Nervensystems, p. 400.

26) Encyclopädie der sämmtlichen Medizin, herausgegeben von Schmidt.

27) Pathogenie p. 664.

vulnus inductum, eadem ratione esse, qua sit effectus contagiosus et veneficium. Morsus enim ex ejus sententia sanguini virus inserit et a tempo magnum effectum in nervorum fibras centripetales exercet. Hic vero effectus ad nervorum centrum deductus, super omnes ejus regiones superfunditur; quo facto, quum nervorum systema eadem affectione, qua sanguis, correptum sit, nulla reactio existit, imo sanguinis vi cerebri ratio pathologica augetur, donec non solum cerebri receptivitas valde adaucta sit, sed alienae etiam sanguinis qualitates, quae interea formatae sunt, ad secretionem nervorum medullae et succorum immediatim valent. Quo facto rabies erumpere coepit.

6) Secundum Faberi[28]) sententiam virus ut agens alienum in systemate vasorum capillarium, ubi receptum est, localem inflammationem efficit; deinde membrana formatur et contagium in ea ut in cysta includitur; in quo statu manet, donec rebus prosperis recens inflammatio in cysta gignitur, quae membrana dissoluta contagium ex systemate vasorum capillarium in venarum systema deducit, et magis minusve celeriter prout reactionis facultas aliaque res sunt, quae vim exercent, nota symptomata procreat.

Quarum sententiarum quae maxime verisimilis sit si quaerimus, haec disquisitio nobis occurrit. Primum enim multi medici maximo jure dixerunt: resorptionem, quae a lymphatico et venarum systemate fiat, tam diu non persistere posse, quin reactio accedat; neque id ab ullo medico adhuc observatum est neque ullo modo demonstrari potest. Et quanti aestimandum sit, quod ei,

---

28) l. c. 300.

qui hanc opinionem defendere student, nervos viro via directa non affici, contendunt, infra intelligemus.

Deinde si judicium aequum et integrum de hac re ferre volumus dicendum quidem nobis est, omnia experimenta, quae usque ad hoc temporis instituta sunt, nondum nervorum resorptionem demonstrasse, attamen nemo negare potest, nervorum actionem resorbentem non absurdam esse, de qua ipsa re experimenta cum vehementibus venenis ingeniosa facta sunt, exempli causa a Brodie[29]) Wedemeyer[30]), Emmert[31]), Viborg[32]), J. Mueller etc., qui omnes consentiunt, nervos venenum non resorbere, et Viborg magnam Strychnini massam in equi cerebrum nudatum intulit, quin venenum vim pestiferam ostenderet. Strychninum tantum, ex quo tempore Stilling observationes instituit, directe in medullam spinalem inductum tetanum procreare scimus, omnia alia venena in sanguinem recipiuntur et solo sanguinis contactu cum fibris centralibus systematis nervorum veneficii symptomata procreant. Etiamsi igitur constat, universales et celeres venenorum reactiones sanguine effici, nervos tamen localiter veneno infici posse, negari non potest.

Müller[33]) cruris nervum ranae desecuit, eamque in solutionem morphii acetici intulit; non multo post

---

29) Philos. trans. 1811. p. 188, 1812 p. 107.
30) Physiol. Untersuchung über das Nervensystem und die Respiration.
31) Tübinger Blätter 1811.
Salzburg. mediz. Zeitung 1813.
Meckels Archiv 1; 176.
32) Act. reg. sec. Havn. 1281 p. 240.
33) Physiologie 1, 550.

nervi finis irritationis facultate spoliatus erat. Etsi ranas bufones ita dissecuerat ut crura cum trunco non conjuncta essent nisi nervo, et deinde si crus et nervum in solutione opii aquosa intinxerat, brevi tempore omnis irritationis facultas et nervorum et musculorum effugerat neque irritatio galvanica neque mechanica quidquam in eo valebat. Eadem quoque Alex. v. Humboldt observanit. Effectus vero quam maxime insignis, qui localis veneno narcotico in nervos procreatur, pupillae amplificatio belladonnae vi est. Virus vero directe, sanguinem non tangens, usque ad ciliares nervos pervenire ex eo intelligi licet, quod Iris ejus lateris amplificatur, in quam belladonnae vis adhibita est.

Haec vero experimenta quam aptissime ab iis, qui nervorum resorptionem defendunt et quidem multo melius quam initio videri possit, ad opinionem comprobandam adhiberi possunt. Sic enim concludi potest:

1) Quidni, si belladonna ab oculorum tegumento usque ad iridem directe pervenit, virus quoque a morsus loco in cerebrum valere potest.

2) Deinde quid si belladonnae viri propagatio paralysin quorundam nervorum ciliar. procreat, quid impedit, quominus directe virus aeque deductum excitationem nervorum gignat.

3) Porro cum narcosis localis plures horas desideret, reactio in organum centrale et propagatio contagii veneni effectus multo longiore temporis spatio efficiatur necesse est, quod tempus usque ad hoc neque adhibitum est, neque quum in animalibus vivis experimenta instituti deberent, omnino adhiberi potuit. Localis narcosis directam veneni vim in nervos exercet. Quae quum ita sint, fieri potest, ut virus quoque lo-

calem effectum efficere possit, qui propria viri vi sufficiat, ut ab infectionis loco nervorum compositionem tollat, eorumque principium dynamicum commutet et irritet. Quae irritatio si ad certum gradum pervenit, i. e. si multo latius in nervorum vita effusa est, talis morbi status adductus est, qui non ab irratione locali pendeat, sed per se ipsa producatur.

Cui rei simile aliquid in tabe dorsali ex venere nobis occurit, quae si jam gradum certum nacta est, etiamsi in quibusdam rebus modus servatur, remotam irritationem localem non respiciens, nulla mora interposita, progreditur.

Et Joh. Müller[33]) reactionem sensim progredientem venenorum non refutat imo hac dicit:

— „Dass aber allmählig eine Rückwirkung erfolge machen andere Beobachtungen wahrscheinlich; denn durch jede örtliche Erschöpfung der Nervenkraft, durch Entzündung, Brand entsteht allmählig Erschöpfung der allgemeinen Nervenkräfte.“ —

Si vero, qui resorptionem veneni per venas et vasa lymphatica defendunt, causam, ob quam latens periodus tam diu perseveret, veneni propriam vim esse, defendunt, ii quoque, qui directum in nervos effectum procreari existimant, contagii propriam vim sibi assumere possunt. Experimentis quidem Hertwigii parum processis, quibus contagiones nervorum insitione efficerentur, aliquis nitens contendere possit, virus si nervis resorbeatur in nervorum massa contineatur necesse esse, sed insitiones, quae non successerint, aliter rem se habere demonstrasse. Attamen hoc, quod ille vituperat,

34) Physiol. l. c.

quum eos tantum petit, qui veram resorptionem nervorum et contagii propagationem ad nervorum centrum fieri probarunt, tum rem, ut ita dicam, acu non tangit. Nam primum neque multae insitiones factae sunt (Hartwig tres tantum fecit) neque omnes sanguinis aut salivae insitiones eveniunt ut quisque canis rabiosi morsus hydrophobiam non adducit.

Deinde Hertwig[35]) nervorum massam jam altero aut tertio die removit, quum contagium multo diutius locale esse posse constet. Blaine vero et Cullen, Percival, Youatt, Fothergil, Rust, Albert et plures alii prosperrimo cum eventu multis diebus postquam canis momordit, localem vulneris curationem susceperunt et Fothergil die adhuc vicesimo octavo, Rust trigesimo altero, Albert tertio, quarto, quinto, octavo, decimo, si canes, quos rabiosos esse constabat, momorderant, vulneris prosperrimo cum eventu curationem agressi sunt.

Opinio Genzkii ab aliis scriptoribus, qui nervos virus latius proferre credunt, eo tantum differt, quod nervos non statim affectione pathica corripi, sed contagium antea quum ex viro tum ex ejus loci effectu, in quem virus deductum est, exire dicit. Ea vero opinio, virus in tunica mucosa sedem suam collocare, nullo modo comprobari potest.

Neque minus Naumann ingeniosae suae explicationi rationes idoneas attulit. Credit enim virus directe sanguini inseri, de qua re jam supra dictum est. Quam opinionem si veram rectamque esse habeamus, res tamen

---

35) l. c. 161 sq.

multae nos impediunt, quominus hunc morsus effectum, qui specificus nominatur, in nervorum fibras centripetales ad rationem physiologicam reducamus. Neque enim morsus hanc vim specificam exercere potest, nisi virus nullo medio interjecto nervis haeret, neque vis specifica cerebri receptivitatem ad affectionem aegroto animali plus minusve similem deducere neque a morsus loco in omnes partes effundi potest, nisi hoc ipsum, quod specificum nominatur, aliquid amplius quam notio idealis abstracta est. Morsus enim universale nervorum systema concutere et in alterationem constantem affectione animi, terrore et angore, quem gignit, transferre potest, sed haec morsus vis nihil valet ad animalia et infantes, qui nondum de morsus effectu, qui oriri possit, cogitare possunt.

Qua vero re, si sanguinis vasa virus resorbent, vis specifica in nervos gignitur? Aliter certe fieri non potest, nisi virus vim suam directe in nervos exercet, in quam opinionem Naumann non inclinat.

Denique Faberi quoque opinio nullo modo rationibus probari potest. Etiamsi enim accidit, ut morsus localem inflammationem, quae contagium membranae ope includit, gignat, nullo tamen modo postulari potest, ut quaeque inflammatio membranam efficiat, ut membrana, quae existit, contagium includat; deinde ut altera inflammatio in membrana gignatur; denique ut illa recens orta inflammatio hanc resolvat.

Jam ex his sequitur, ut hypothesis Faberiana non firma, refellenda sit et omnes illas res, etiamsi re vera ullo modo eveniunt, tamen semper fieri, omnem fidem excedit.

Quarum igitur omnium opinionum nullam plane probare possumus, et priusquam contagii effectus ratio dubiis hypothesibus omissis rebus factis explicatur et perspiciatur, multa adhuc experimenta, quae totam rem comprehendant, instituantur necesse est et ante omnia huiusmodi quaestiones dissolvendae sunt:

1) Primum, quam diu virus in morsus loco locale sit (quem locum diversis temporibus dissecari et cauterisari necesse est).
2) Deinde quo in loco insit, si non amplius locale et rabies nondum erupta est.
3) Porro quae vis efficiatur, si nervus separatus inciditur, in ejus vulnus virus fertur et nervus in situm superiorem iterum reducitur.

Sed ob hac digressione necessaria ad propositum redeamus. Dixeramus enim, priusquam recte quae sit hydrophobiae essentia, quemque locum in systemate habeat, bene intelligi posset, disquirendum esse, quae corporis pars prima virus in se reciperet, receptum propagaret atque regeneraret, et hanc viri propagationem processumque nondum satis explicata esse exposueramus, quo fit, ut, quum hydrophobiae cognoscendae et perspiciendae facultas nobis desit ejus essentiam nullo modo certam definire possimus.

Plures quidem morbum terrore, quo afficit, nudare ausi sunt, quorum White et Textor[36]) tetano submiserunt. White et Rossi, quo melius morbum contagiosum non esse confirmarent, temere eo progressi sunt, ut sibi ipsis virus insererent. Negabant enim, mor-

---

36) Henke's Zeitschrift für die Staatsarzneikunde 1843.

bum in animalibus diversa ab hominibus esse essentia et qualitate, idque quam optime intelligi liceret, quod homines ab aqua abhorrerent, animalia autem non hydrophoba essent. Eam vero opinionem nullo modo fieri posse, infra latius exponendum nobis est. Jam Romberg monuit, eo, quod sine ulla externa vulneratione, si modo canis rabiosus hominum manus scissas et labia excoriata lingua lamberet, rabies canina existeret, Textoris audaciorem opinionem refelli posse. Sed aliae quoque res, quominus Textorem sequamur, nos impediunt.

Tetanus enim aut primis post vulnerationem horis existit, aut quod vulgo fit, diebus quattuordecim aut viginti uno praeterlapsis, nunquam fere post illud tempus. Plurimi vero homines ex tetano laborare incipiunt inter diem tertium usque ad decimum; inter ducentos enim octo, qui tetano correpti erant, morbus centum et decem hominum inter illud tempus accesserat[38].

In hydrophobia vero res alia se habet. Ex observationibus enim, quae in sexaginta casibus institutae sunt, quibusque fidem habere debemus, secundum Romberg, sequitur, ut priusquam, viro recepto, morbus existat, intervallum intersit, quod dies quattuordecim usque ad septem aut novem menses contineat, saepissime vero quattuor aut usque ad septem hebdomades. Etiamsi

37) Romberg, l. c. p. 480.

38) In quo sequar, quae Sauvages, Bauhin, Senhusseck, Faber l. c. de hac re scripserant. Faber l. c. ex calleg. medic, Würetnberg. actis refert inter homines 107 morsu in extremitatibus laesos vulneratosque, triginta et unum, et inter novem in facie vulneratos septem viro infectos esse.

Lenhosseck, Rougemont, Mead, aliique morbum brevioribus intervallis praeterlapsis adortum esse observarunt, ea tamen omnino longiora quam in tetano esse constat.

Porro tetanus, qui ex rabiosorum animalium morsu hominem opprimit, semper cum hydrophobia conjunctus est, cum in tetano traumatico hydrophobia rarissime incidat.

Deinde tetanus traumaticus multo rarius vulnerationibus existit, quam hydrophobia morsu animalium furentium. Praeterea tetanus in regionibus calidis, hydrophobia iu temperatis vagatur.

Denique tetanus traumaticus prospero cum eventu opio, ammon. carb. etc. sanatur, quae remedia ad hydrophobiam nihil fere valent. Neque ulla corporis pars est, quae vulnerata et laesa in tetanum inclinat; hydrophobia vero saepius capite laesum hominem incidit.

Jam vero, quum omnes illas, quae de hydrophobiae natura opiniones supra alatae sunt, repudiaverimus, nostra sententia exponenda esse videtur. In quo, si ad illarum opinionum alterutram inclinare videmur, non quod veram neque fallacem sed verisimilem esse nobis persuasum est, respiciatur necesse est, multas quaestiones obscuras, priusquam disquisitiones de hydrophobiae essentia finiantur, dissolvendas esse. Certe quidem in hac quoque disputatione ut in quavis altera ad certum quendam finem perveniemus, quo ultra progredi non possumus, neque mens, quum ad fines natura ipsa definitos pervenerit, quidquam aliud aget, nisi certis rebus, certas circumscriptasque qualitates attribuet. Quo enim fiat ut res hac illave qualitate sint, et eaeque qua-

litates hoc non alio modo vim suam exerceant, ne deos quidem scire existimem.

Hydrophobiam, quum naturales nervorum systematis rationes dynamicas immutare, tum nervorum quasi tabem et consumtionem esse puto.

Qualemcunque principii nervorum essentiam esse credimus, (neque vix de ea rationibus non datis conjicere licet), quantitas non aeterna esse videtur, quaquominus aptis conditionibus exstinguatur et dissolvatur, nihil obstat, quaeque quavis animi et corporis actione absumitur. Quare ut principium nervorum reficiatur et quasi colligatur, benigna natura magnam vitae partem somno, in quo sanguis intimam nervorum partem tangit, destinavit. Si autem continua nervorum contentio vires consumat, quin reproducantur, finis vitae consequatur necesse est.

I n h y d r o p h o b i a n e r v o r u m p r i n c i p i u m c o n s u m i t u r, q u i n r e p r o d u c a t u r. E o v e r o, q u o d n e r v o r u m p r i n c i p i u m v i r o c o n s u m i t u r, i r r i t a t i o t a m g r a v i s, t a b e s e t v i t a e c o n t e n t i o m o d u m m u l t o e x c e d e n s g i g n i t u r, u t v i t a d i s s o l v a t u r e j u s q u e f i n i s m a t u r e t u r, n e c e s s e s i t.

Omnium enim earum rerum impetus, quibus homo afficiatur, resistendi facultatem, quae corpori sana inest, plane opprimit; quaevis impulsio extrinsecus oblata et minima in imam sphaeram sensitivam nervorum systematis vim suam gravissimam deprimit, neque in centralibus organis retineri neque affigi neque superari potest, imo illi reflexus oriuntur, quae signa sunt summae imbecillitatis et infirmitatis et corporis et animi. Intimorum sensuum angor, timor, aegritudo, cura et verbis et in facie exprimitur neque animi affectionem ef-

fectu solo effici credo, quem morbus exercet in aegrotum, qui subito ab omnibus disertum ipsaque natura destitutum se videt, sed reminisci debemus, nervorum systema centrale non solum animi sedem esse, sed in eo ipso mirum illud fluidum nerveum, quo tota vita continetur spiritusque vitalis ejusque activitas gignitur, inesse. Ex hac ipsa causa mala somatica et psychica inter se cohaerent, ex hac causa intelligi licet, cur graves animi perturbationes, quibus multum nervorum principii requiritur, hydrophobiam maturent.

Illa imbecillitas ex virium consumptione modum excedens non rara accidit; nam homines, qui irritato genitalium systemate nervorum principium imminuerunt; saepe ea laborant irritabili infirmitate, ut quovis contactu, quem non providerant, tono aut ulla alia re horrore concutiantur, ut terrore et minimo membra tremore occupantur et collabantur, quin etiam in iis hominibus infelicibus dyphagiae spasticae et spasmi laryngis observata sunt, quae, angore aucto, quam vehementissima fieri possunt. Aeque fere aegrotus se habet in veneficiis strychnino factis, nonnunquam quoque in tetano.

Neque mirum quod inprimis in centris, quae sunt quasi receptacula nervorum principii, nervi consumuntur, neque quod, ubi caput et fons concentratae nervorum activitatis, ubi sedes reflexuum, voluntatis et sensibilitatis est — in medulla enim oblongata — alteratio quam vehemetissime percipitur.

Porro quod medulla oblongata cum inferiore parte medullae spinalis et genitalium nervis conjuncta est, intelligi licet, cur Satyriasis, quae non rarissime accedit, existat et inferiores animalium extremitates paralyticae fiant. Sed unde fiat, ut glandulae salivares, quas ner-

vus V adit, virus secernant, eo difficilius discernendum esse existimo, quo minus scimns, utrum iis solis hoc triste munus mandatum sit nec ne. Fieri potest, ut propinquitas morbosi nervorum centri vim quandam habeat, aut ut virus saliva proprio modo attrahatur; saltem cum illa re conjungere possumus, eoque referre, quod quo propius nervorum centris canes mordent, eo periculosior morbus, qui existit, fit.

Hyperaemias quoque et inflammationes hominum ex hydrophobia mortuorum vario modo explicatas esse, jam vidimus. Nos vero eas eo modo intelligere debere credo, ut irritatio, quae sine dubio in nervis valde valet, et sanguinis desideratio nervorum systematis, quod restaurari debet, attractionem in sanguinem magnam exerceant. Nam cum imbellicitate usque ad quendam gradum irritatio augetur et aucta non solum inprimis in nervorum centris eorumque singulis partibus congestiones et inflammationes gignet, sed si quando inflammationis affectio genita est, facile alia quoque organa propensa his pathologicis conditionibus subjicientur. Hoc modo duo vitae periculosi processus existunt, et directa viri vis et inflammationes in eo positae; hasque eo magis perfectas esse invenimus, quo diutius hydrophobia perseveravit, et inflammationum fons validus fuit, id quod sectiones plurimae comprobare videntur.

Jam supra commemoravimus, nullo modo nos consentire posse cum iis, qui hydrophobiam inflammationem et venaesectionibus curandam esse existiment.

Sed si quaestio nobis objicitur, quidni venaesectiones aegrotum adjuvent, imo cur multo celeriorem virium interitum adducant, causam inesse invenimus in eo,

quod etiamsi omnis sanguis contagiosus est, nervorum tamen systema ex eo aliqua ex parte restaurari potest, et si sanguis, quo solo nervi reficiuntur, imminuitur, nervorum systemati vitae conditionem victumque subtrahimus et celerem finem adducimus.

Sed prius quam progrediamur, de duobus inflammationis statibus, quorum alter in animalibus saepius quam in hominibus, alter fere semper observatur, nobis dicendum est: de injectione aut inflammatione viarum respirationis et de inflammatione stomachi, quarum illa saepissime sitis sequela respicienda est.[39])

Sitis enim initio membranorum ariditas apparet, quae exhalationi quam maxime expositae sunt, quae sunt viae respirationis. Et si haec sitis non sedatur, status febri nervosae similis existit conjunctus cum inflammatione viarum respirationis et quum hydrophobia in animalibus longius temporis spatium decurrat, quam in hominibus in illis quoque haec inflammatio saepius exsistit. Et in hac injectione aut viarum respirationis inflammatione propria vocis raucedo ex nostra opinione posita est.

Porro si aegrotus continua fame premitur, tabes, febres, insania, vehemens cupiditas, tristitia maeror invicem, efficiuntur, saepe quoque systema uropoeticum inflammatum est, cf. sectiones. Quamquam vero canis dies viginti quinque aut sex, homo omnino per unam hebdomadem (raro tantum per longius temporis spatium) sitim et famem tolerare possunt, quo tempore

---

39) Cf. Tiedemanns Physiologie Bd. III. Tiedemann's Untersuchungen über das Nahrungsbedürfniss, den Nahrungstrieb und die Nahrungsmittel der Menschen.

praeterlapso, mors vitae finem facit, tamen negari non potest maximi ad hydrophobiam momenti esse, si aegrotus et cibis et potione abstineat, quum ipsa nervorum principii consumptio morbosas et letales sitis et famis effectus celerius adducat.

Et quam necessarium sitim explere sit, ex eo sequitur, quod Tiedemann[40]) attulit, eos, qui fame laborant, sitim vero sedare possunt, circa quinquaginta dies vivere posse. Quare non minimi esset momenti, si ex morborum historiis morbi perdurationem, deglutiendi facultatem majorem minoremve et viarum respirationem injectionem et inflammationem inter se conferre et referre possemus, id quod usque ad hoc medicos non satis respexisse existimo.

Deinde inflammatio ventriculi exsistit sine dubio materiis irritantibus, quae concoqui non possunt, et ab animalibus ex ciborum appetitu perverso, qui in alteratione sensorii positus est, temere consumuntur.

Homines eam certe ob causam ejus generis materias non consumunt, quod ratione praediti sunt. Inflammatio vero nullo modo immediatim ex viri effectu explicari debet, nam qua ratione ventriculus viro teneatur, intelligere non possum, quum illo non tangatur, etiamsi cum eo conjungitur.[41])

An morbi, qui idem et in hominibus et in animalibus exsistit, specificum symptoma characteristicum ex ipsa morbi essentia ortum in animalibus inesse, in hominibus deesse axistimamus? Et si, quod raro fit, eae

---

40) l. c.
41) Succus gastricus viri vim tollere videtur, quod nescio an ad therapiam magni sit momenti.

materiae in ventriculo non inventae sunt, sine dubio jam ejectae erant.

Jam supra rabiem caninam hominum et animalium eandem esse negari dixi, eam ob causam quod illi hydrophobia et photophobia laborant, haec sola ex ventriculi inflammatione, et quum satis demonstratum sit, inflammationis ventriculi essentiam et causam non probare eam opinionem, nunc de hydrophobia et photophobia nobis dicendum est.

Jam ut pergamus, hydrophobia multis in morbis observatur: in tetano, vulnerationibus, commotionibus cerebri, in hominibus hystericis hypochondricisque, in typho, encephalitide, in cordis, diaphragmatis, ventriculi, uteri inflammatione, in gravidis, puerperis; porro gignitur dosibus magnis venenorum narcoticorum: belladonna, datura Strammonii, opio, hyoscyamo, frugibus fagi, in febri putrida, malis perniciosis febribus intermittentibus et omnino perniciosis morbis acutis exanthematicis; quorum casuum in plurimis hydrophobia conjuncta cum dysphagia et convulsionibus apparet.

Tres[42]) casus miri in diversorio „Hotel-Dieu" Parisiis observati sunt, qui digni sunt quos afferamus. Symptomata enim morbosa, quin aegroti animali furenti morsi essent, erant dysphagia, deliria, tremores, perturbationes convulsivae, quae paucis horis ante mortem paullatim effugiebant. Sectione instituta, duo casus ostendebant mollitiem mediae cerebri partis, pontis, Varolii cerebellique.

Sed de hydrophobia, symptomate rabiei caninae, inopia physicae aquam bibendi facultatis bene separanda

42) Gazett. med. de Paris.

est a sequelis et effectu, quas aqua et cogitationes, quas de aqua aegrotus volvit, procreant. Quod aegrotus nullo modo aquam bibere et simul cibos firmos deglutire non potest, characteristicum dysphagiae spasticae symptoma est.

Deglutitio enim prorsus excitomotoria est, in qua activitas medullae oblongatae maximam habet vim[43]. Continetur duabus actionibus, quarum altera est laryngem claudi, altera deglutire ipsum. Centrum vero deglutitionis respiciendum est medulla oblongata et nervi excitorii sunt, nervus glossopharyngeus, et singuli nervi vagi rami: rami pharyngei, oesophagaei cardiaci et nervi motorii: rami pharyngaei, oesophagaei, cardiaci, nervi vagi.

Excitoriam actionem cibis effectam in sano homine naturalis contractio earum partium sequitur, quarum activitas deglutitionem ipsam efficit. Reflexus in eas partes facillime transit, quia reflexio excitationis, medulla spinali adjuvante, facillime in nervos motorios deducitur, qui cum sensitivorum origine quam maxime cohaerent; via vero effusionis expedita inde a posteriore nervi radice in anteriorem perficitur, itaque ea tantum pars motoria medullae spinalis nervo sensitivo concitatur, quae ipsa sensitivo nervo originem dedit. Si igitur in tota sphaera sensitiva summa contentio inest, haud dubio major excitationis vis majorem reflexum, qui ad spasmum adduci potest, provocare debet et prout sensibilitatis magnitudo contenta est, mox localis, mox universalis spasmus exsistet. Qui spasmus non solum deglutitione se continet, sed quum ante deglutitionem larynx occludatur, id quod reflexu nervi laryngi supe-

43) M. Hall. Krankheiten des Nervensystems S. 80.

rioris efficitur[44]) spasmicam laryngis contractionem adducet, unde respiratio per edendum et bibendum impedita, quae magna cum molestia conjuncta est, explicari potest.)

Jam ad hydrophobiam symptoma rabiei caninae, redeamus. Iis, quae supra attulimus, freti contendimus haec:

Aqua, ut quaevis materia, quae in rabie canina deglutitur, dysphagias spasticas efficit, deinde aqua est corpus frigidum; frigus vero excitat, contractiones adducit et haec excitatio eo vehementior, quo ad gradum quendam localior est. Jam si corpus nostrum nudatum singulis aquae guttis conspergimus, constrigitur, si vero toto cum corpore in aquam insilimus, alia affectione corpus tenetur. Et sicut in anaesthesia aegroti vasorum marginem labiis non sentiunt, ita sensus vasorum inprimis frigidorum in labiis hyperaesthesia permagna nervi, mandibulo-labialis ope, contractiones procreat. De qua re v. Swieten[46]) narrat, puerum quum liquor linguae adlatus sit, ab illo abhorruisse, quod sine dubio affectione nervi quinti, qui ad medullam oblongatam pertinet, effectum est. Haec vero aquam deglutiendi facul-

---

44) Cf. Experimenta, quae M. Hall, Magendie instituerunt, Reid quoque in Edinb. med. surg. Journal N. 139. for 1840 p. 61.

35) Physiek hoc spasmo laryngis nixus tracheotomiam proposuit, itemque M. Hall. Haec vero prosperum ad rabien caninam sanandam eventum eam ob causam habere non potest, quod ejus naturam non tangit. Majo quoque eam curandi viam Ingressus est sine eventu.

46) Comment. in H. Boerhave's Aphorism. III. p 554.

tatis inopia, contractiones, quas aquae contactus gignit, aut molestiae, quas aquae usus aegroto adducit, in eo terrorem aquae provocat. Quod aegrotus aquae sequelas timet, ab ea abhorret, quin etiam ejus sequelae tam molestae et perniciosae sunt, ut sive aquam vidit sive ejus meminit, reflexus efficiantur. Hic igitur timor nihil nisi cogitandi actio combinatoria est, quae existit, quum primum aegroti molestam aquae vim in se observaverunt. Initio enim rabiei caninae aegroti de impedita liquorum deglutitione queruntur et deinde ab iis abhorrent, quod affectuum aquae perniciosorum reminiscantur. Casus quidem observati sunt, in quibus hydrophobia non exstiterat aut mox desierat, sed, haec si ita sunt, dysphagia et reflexuum propensitas, erethismus summum ad gradum non pervenit, aut aegroti omnino erant tam forti voluntate, ut effectus superarent. Et si animalia tam valde quam homines aqua non afficiuntur, si hydrophobia in eis non est, eo efficitur, quod neque omnino tam sensibilia quam homines sunt, neque eo modo quo homines mente combinare possunt. Mease[47]) et Pilger[48]) narrant, canes rabiosos sponte flumina transnasse, quod non magis mirum est, quam si in nonnullis morborum historiis de balneisfrigidis adhibitis refertur. Aquae enim effectum, quae subito totum corpus obtegit, non tam incitare tamque facile reflexus provocare, quam si localiter adhibeatur, jam supra exposuimus. Attamen canes fere omnes aquam non magis deglutire possunt

47) Inaugeral. Dissert. on the discate prodused by the tite of a Mad. Dag. Philadephia 1792.
48) G. Frank med. Poliz. Bd. IV. 306.

quam homines. Brevi vero ante mortem: nonnulli aegroti deglutire denuo incipiunt. Jam Avicenna narrat: hydrophobos si deglutire incipiant, mox vita decessuros esse. Porro Ill. Berndt in diario, quod Hufeland edidit, refert, jumenta mortis die saepe vesci et bibere. Hoc vero intelligi licet, quod sensibilitas mortis die neque tam excitata est, quam antea, neque reflexus efficit, quum virium confectio major sit, quam quae reflexus modum excedentes provocari sinant. — Ut igitur in hydrophobia, symptomate rabiei caninae, causa non inest, cur inter rabiem animalium et hominum specificum ponamus discrimen, sic etiam res se habet in photophobia, quae fere semper in hominibus, raro in animalibus observatur. Quod vero ad hujus rei pathologico-physiologicum processum attinet, nihil querendum est, nisi utrum illa sit affectio nervi optici eretica an nervorum ciliarium. Magendie[49]) et postea Tuerck[50]) nervo quinto vim in sensibilitatem opticam attribuernnt et experimentis demonstrare studuerunt, quibus nervo quinto dissecto omnes sensuum functiones vires suas amitterent. Et nonnulli medici, quae ex experimentis a Magendie institutis secuta sunt, per pathologiam adjuvari crediderunt. Romberg adhuc dicit, l. c. 59:

„Mit dem Gefühlsreize der Lichtstrahlen hat der nerv. optic. Nichts zu thun, woran jeden Zweifel? die wichtige Beobachtung nimmt, dass Amaurotische auch an Photophobie leiden können."

Ex observationibus a J. Mueller[51]), Eschricht[52]),

---

49) Journal de Physiolog. IV. 302.
50) Beilage zur östreich. mediz. Wochenschrift Nr. 44.
51) l. c. 667.
52) Dissertat. de funct. primi et quinti paris in olfactorio organo.

Bischop[53]), Ch. Bell et multis aliis institutis nervus quintus neque ad videndum, neque ad audiendum neque ad alendum ullam vim habet, quare photophobiam non referre debemus, nisi ad erethicum nervi optici statum. Et ex ea re explicatur, cur canes rabiosi muscas quas esse credunt, captent. Quamquam vero in animalibus photophobia non tam clara manifestata est quam in hominibus, negari tamen in iis non potest, nam etiamsi canes in solis luce vagantur, quam maxime libenter in tenebricosis loco jacent, omnino vero, molestae res in eos eam vim non exercent, quam in homines qui animo valde excitati eas mente comprehendunt et combinant. Canes enim non ularent, si mala sua et dolores verbis exprimere possent — ex hac enim sola causa illud mihi proficisci videtur, — et item prorsus mihi persuasum est, fore ut, canes de molestiis, quas lux affert, quererentur, si verba edere possent. Pari vero ratione aegroti qui ex tabe dorsuali ex Venere laborant, saepe de molesta lucis affectione et de vertigine queruntur, celeri lucis et umbrae vicissitudine[54]). — Simili, qua nervus opticus, ratione sunt nervi olfactorii et acustici. St. Martin[55]) refert aegroto ab aoquae olfactu abhorruisse aut jam e longinquo eos ex multis hominibus distinxisse, qui spirituosa aut acetum biberint aut tetigerint. Magendie narrat, puerum cui auditus negatus et sermonis usus natura ablatus erat, subito in rabie canina audivisse. De organi gustus alteratione accuratae observationes nondum institutae sunt; attamen mirum

53) Müllers Archiv 1834. S. 132.
54) Cf. hist. morb.
55) Monographie der Hundswuth, aus dem Französischen von Fizler.

esset, tota parte sensibili nervorum systematis mutata, nervos gustus non mutatos esse. — Inspiratio hominum, qui ex rabie canina laborant, prorsus pathologica est, nam et magno cum pavore fit neque aer athmosphaericus tenore pleno, quieto inspiratur, sed interrupto et ut ita dicam raptim agitato. Sive vero ut Müller et alii inspirationem nihil aliud habemus nisi medullae oblongatae actionem, sive ut M. Hall acidum carbonic. quod in pulmonibus effectum est, primum agens, quod nervi vagi, trigem. et spin. ope, qui sunt nervi excitorii, inspirationem adducit, esse putamus, motio musculorum respirationis nulla alia nisi spasmica est, cujus aër quoque athmosphaericus particeps esse videtur, qui sicut externorum cutis tegumentorum irritatione reflexus facillime provocat, ad respirationis organorum tunicam mucosam idem valere videtur. Ut vero quisque status excitatus respirandi modum mutat, sic in hydrophobia aegrotus pavidus et timidus, reflexuum vi commotus inspirat.

Praeterea aliae quoque res quam maxime respiciendae sunt. Constat enim, cerebrum sanguine venoso retento, levari et efferi, et cerebrum magnum cranio, cerebellum tentorio appropinquari. Si igitur cerebrum excitatum aut inflammatum est, expiratione pressus, pressu dolor efficitur, eodem modo, quo in encephalitide dolor capitis respiratione oppressa augetur. Nostro in casu puer dolore occipitis laborabat, qui in eo fere locus positus erat, quo Ganglion Gasseri sedem habet; hoc vero ganglion perquam sensibile est, et animalia, quum ganglion dissecatur, valde ululant. Ganglion igitur firmis partibus oppressum dolore affectum sit necesse erat et quum expirationem aegrotus timeret, inspiratio molesta fuit.

Denique vomitiones, qae saepissime in rabie canina observantur, mali cerebri symptoma esse quin credam non longe absum, etiamsi negari non potest, in animalibus praeterea materias quoque non concoquendas, quas in ventriculo habent, vomitiones gignere posse. Nam sine magni cerebri hemisphaeris, vomitionem existere non posse Budge demonstravit, si vero ut in initio et decursu encephalitidis cerebrum aut cerebri membranae excitantur, facillime vomitio sequitur. Romberg[56] contendit eo, quod vomitio, aequo situ desinit, erecto redit, aut exsistit, si quis caput movetur, circumagitur, jactatur, corpus incurvat, celerius origitur, si quis antea non nauseaverat, quod saepissime fit, porro quod singularis vomitionis actus (quae in ventriculo insunt, sine molestia neque aegre ex ore ejiciuntur) conjunctus cum aliis symptomatibus ut cum dolore capitis etc. manifestatur, vomitionem ipsam malum ex cerebro profectum apparere. — Haec hactenus. De rabiei caninae therapia dicere longum est, quum dissertationis fines transeamus et quaestio sit sterilis.

56) l. c. 397.

Historia morbi.

Christophorus Theodorus Turk, Leistensis, undecim annorum, normali et firma corporis constitutione natus est parentibus **Martino Turk** et **Maria Diedrichs**.

Die Saturni praeterito ante sex hebdomades C. Turk a cane ignoto valde est momorsus prope oculum dextrum. Quo facto parentes timidi eadem nocte Gryphiam curru vecti sunt, ut medicum consulerent. Unguentum cantharidum praeceptum est, quod non valde validum esse parentes rati, sequenti jam die ad hominem medicinae miracula edentem in vicum Horst vecti sunt, ut ejus remedia arcana adhiberentur. Qui homo vulnus octo diebus sanavit, quo medicamento et an omnino remedio usus sit, nescimus. Inde ab illo tempore puer bene se habuit, die vero Saturni praeterito (die decimo quarto mensis Julii) subito vehemens dolor occiput corripuit. Cu- itum non ivit; sine ulla molestia bibere et edere dhuc potuit. Ad hunc dolorem die solis molesta raecordiorum tormina accesserant, quibus autem on impeditus est, quominus in pagum Kiessow veeretur, ibique per totum diem turfam in plaustrum

conjiceret. Die vero Lunae doloribus ita jam affectus est, ut in lectulo se continere deberet. Cibos firmos sine ulla molestia edere poterat, sed liquidi nauseam, vehementia intestinorum tormina et molestias deglutiendi efficiebant. Quotiescunque e lectulo surgere volebat vertigine correptus est, quare semper jacebat. Die Martis cibos firmos vix edere, bibere nihil poterat, eodem modo capitis dolores perseverabant. Aegrotus ipse facile exardescebat neque cubiculum verri tolerare poterat, quin etiam quum fores claudebantur magna inclamabat voce et multis atque suplicibus verbis orabat, ne januae moverentur. Quibus rebus commoti parentes ab illustrissimo doctore Eichstedtio auxilium petebant. Aegrotus quum Dr. Eichstedtius eum videret praeter exigua intestinorum tormina, doloribus vacuus erat, sed quum se movebat, confestim in occipite dolores existebant. Puer erethicus erat ejusque oculus splendescebat. Pulsus pellebantur centum, lingua albido muco obtecta, sapor amarus erat. Aegrotus nonnunquam nauseabat, et alvus, quae indie a die solis obstructa fuerat, eo die, postquam aegrotus dimidiam adipis anserini patellam consumsit, soluta erat. Urina normalis, respiratio expedita erat; aegrotus ab aqua non abhorrebat. Sed eodem die quum Dr. Eichstedtius ligulam aquae labiis admoveret ut aegrotus biberet, convulsiones existebant, quae postquam aquam adhortationibus commotus absorbuit, magna cum vehementia ad[illegible] augebantur. Aegrotus attamen manu prehensus spasmo non laborabat et omnino totius vitae alteratio tam exigua erat, ut nullius ope vestes sibi indueret et in plaustrum ascenderet. In plaustro intesti-

iorum tormina desinebant, aegrotus vero de vehe-
nenti capitis aestu et de occipitis doloribus que-
stus est eosque vulgares capitis dolores sequeban-
ur, quare quum plaustri concutio eos adaugeret
ion tam celeriter vecti sunt; neque minores dolores
entus frigidus ei effecit inprimis in naribus, ita ut
x plaustro desilire conaretur. Si sol, coelo eo die
bducto, e nubibus elucebat, lux molestam in eum
im habebat, et si arboris umbra in eum incidit,
lara voce inclamabat. Quare et umbram et solis
ucem eo effugere frustra tentavit, ut utramque ma-
um oculis imponeret. Attamen plane sanus men-
isque compos erat, neque minime rabiosus, saepis-
ime vero ex vehementibus impetibus angoris et mo-
estiae laborabat. De morte quoque loquebatur et
utabat, fore ut in urbem quidem eat, sed nunquam
xeat. Quum prope ad urbem plaustrum esset, ae-
rotus de doloribus narium dextrae partis et dextri
culi questus est; omnes alii dolores effugerant.
Quibus rebus affectus in hanc urbem venit ipseque
plaustro descendit. Animi ejus affectio perturbata
rat, oculus ejus splendens, vacillans, et oris vul-
is animi angorem exprimebant; aegrotus non firme
cedit minutisque passibus, sed libenter, quae ei
nandata sunt, exsequitur. Aqua, quae ut biberet ei
pposita erat, convulsiones, quum poculum labiis
llatum esset, procreabat. Primum praescriptum
st, ut vulnere inveterato desecto, et venaesectione
uodecim unciarum instituta, pillulae calomel. porri-
erentur, pro quibus, si aegrotus deglutire non pos-
t, clyste rescalom. ei applicerentur, deinde ut per
ngulas horas unguentum cinereum corpori infrica-

retur, pillulae glaciales adhiberentur atque caput glaciali tegumento instrueretur.

Vesperi hora sexta.

Puer operatione instituta valde perturbatus est, quum sensu effluentis sanguinis sollicitudine afficeretur et, ubi spongia ad sanguinem abstergendam faciei allata est, convulsionibus corriperetur.

In facie magnus animi angor expressus est; etiamsi nonnunquam in exiguis tantum rebus aegri mens occupata videtur, timore tamen et angore animus totus cruciatur. Nam non solum vitae ipsius suae timet et de morte futura locutus est aut de reconvalescentiae interrogationes celeres brevesque objicit, sed eos quoque, qui adsunt, suspectos habet, a quibus veneno necaretur. Quare quivis, qui cubiculum intrat, molestus ei est. Facies sudore obruta est, oculus ejus pavidus et splendens. Venaesectio, quae animo aequo instituta est, erethismum non depressit, imo auxit pulsusque pellantur fere ducenti per minutam.

Hora sexta et dimidia.

Unguentum cinereum femori infricatum est. Oculus errat et pavidus est; verba celeriter cum clara physica molestia excutiuntur et os, quum locutus est, celeriter occluditur. Oris anguli saepe raptim in externam aut superiorem partem agitantur atque nares quotiescunque aegrotus inspirat, quod semper cum anxietate quadam fit, late efferuntur.

Aegrotus porrectis membris jacere solet non cruribus elatis, at saepe situm commutat, caput prehendi aut spiritu tangi non debet. Nonnunquam

eleriter se erigere volebat, quo factum est, ut conulsiones vehementes gignerentur, quae omnino breibus spatiis redeunt. Quo vero tempore non cruiatur nobiscum prudenter et modeste loquitur inrimis cum matre, cujus magno amore tenetur, quaeue a lecto discedere non debet. Si vero cogitat, pillulas edere debere, mucum et fel ejicit. Pillas Hydrargyri dentibus ipse rupit et magna cum erturbatione levibusque convulsionibus devoravit. otio, quam, ut pillulas ori adduceret, faciebat inma erat; flexio brachii et manus impedita atque arum erat facultatem movendi quo vellet eum haud fecisse. Pillulam glaciei, quam initio recusatam hementer desiderabat, dentibus rupit ruptamque ecit; quo facto vomitio exstitit; magis aestuat, nvulsiones saepius existunt, pulsus perexigui et aeter opinionem celeres sunt. Digiti manuum dumque levi frigore affecti sunt. Quum aegrotus tegumento glaciali abhorreret, quin etiam, ne adperetur, lacrimaret, ommissum est, inprimis quod rum erat, tegumento adhibito, commotionem maam vitae periculosam convulsionesque in iis posi effici, neque quod pro certo contendi poterat, m adhibitum prosperum haberet eventum.

Hora septima.

Quum unguentum cinereum femori sinistro incatum esset symptomata morbosa paullatim adcta sunt. Perturbatio crescit, impetus et vis conlsionum vehementiores fiunt, eorumque vehemen tam gravis erat, ut semel ex iis lecto ejiceretur. n morbi is status erat, ut si aegrotus lecti tementum levaret, aut in cubiculum aliquem intran-

4*

tem animadverteret, si quis celeres motiones institu ret, quas non providerat, convulsionibus corriperetu claraque voce exclamaret, ut non concederet, ut vu nus operatione factum, quod denuo praeligari n cesse erat, praeligaretur, neque timore, ne ipsi n ceremus, liberaretur, priusquam in meo corpore demonstratum esset, ad quam rem linteum carptu et emplastrum adhaesivum adhiberetur. Quod qu intellexisset, libenter concedit neque difficilis fu quum ego ubique, forte quasi, caput tangerem. gatura fixa, situm statim commutavit et magis nistra parte, fenestrae aversa, nisus est. Fenes enim et ut credo, vitri nitor saepe antea eum so citaverat. Quum ei panis tenuis, quem desidera rat, porrigeretur non satis explanabiles voces e dit et verbis singulis distentis se habere velle neg quin etiam multo magis excitatus subito se erig splendentibus oculis, panem utraque manu prehe dere studet, manus vero deinde retrahit, in lect se rejicit; attamen iterum se erigit, panem prehe sum matri objicit. Quo facto valde perturbatus cruciatus recumbit, ore aperto tectum cum stupo quodam intuens; quo statu brevi tempore min quum magno cum angore et cura perexiguas pa offulas a matre porrectas edisset non consumsit, s evomit, postquam interrogavit, num panis aqu contineret, quod esse negavimus. Si quis placi leniter et benigne eum adhortatur, morem gerit a nobis commotus omnibus viribus contentis mot nes impedire convulsionumque vim frangere stud Quod quum nonnunquam ei contigisset, quamqu convulsionum impetus magis magisque voluntatis v

uperavit, continuo et brevi ante mortem nobis ad-
ıortantibus convulsiones opprimere studebat. Ejus
aput, pectus, venter, humerus et femur sudore
bruta, antibrachia et crura frigida sunt.

Hora septima et dodrante.

Animi commotio et convulsionum impetus sae-
ius exstitit. Vultus eandem formam sed adauctam
sservat, aegrotus brachia non inflectit ut antea,
ed extensa projicit. Sanguis frequens effunditur,
ulsus tamen filiformes et celeriores pelluntur, quam
ui accurate animadverterentur. Aegrotus nonnun-
uam lacrimat, quin causam nobis dicat, tamen ut
ım misere lacrimet timore affici credo, quo cruci-
ur et mortis metu, quam praesagit et de qua
ıepius loquitur.

Hora octava.

Perturbatio magis accrescit et convulsionum im-
etus majore cum vi saepius existunt. Aegroti oculi
ım truculentia quadam errant, supercilia late super
ɔrneae insertionem superiora et inferiora detracta
ınt, ut alba conjunctiva valde ad truculentiam oculi
ıleat. Aegrotus voces celeres, inexplanabiles, in-
ertasque excutit, saliva fortius secernitur, vomitio-
es, quae brevi adhuc exstiterunt, duplicantur et
igeminantur ita ut aegrotus ne quartam quidem
inutae partem quietus jacere possit. Quare mater,
ıin aegrotus eam sibi deesse sentiret, e cubiculo
ıcta est, quum brevi eum vita decessurum ex-
ɔectandum esset.

Hora octava et sextante.

Aegrotus tam inquietus erat, convulsiones tam

saepe existebant ut, quum semel quoque manu morsu divellere vellet, tunica chiridota compulsor ei applicaretur necesse esset. Quae quum motione ejus plane opprimere non posset, pedes loro, co pus cingulo lecto affixa sunt. Saepe secum ip loquitur, sed semper incertis neque claris vocibu Quare quoque curatio ommissa est.

Hora octava et dimidia.

Symptomata paullatim desinunt, respiratio m gis quieta est, oculus magis fixus, vultus non co mutantur aut non valde, mucus crepitare incipit sopor incidit.

Hora octava et dodrante.

Aegrotus semel adhuc magna cum contentio pectus elevat, os aperit, oculos connivet et long tenore vultum distorquens, exspirat. Quo facto vu tus quietus est; denuo vero os aperit, linguam ac tam projicit, paululum agitat et os occludit. Dein bis lente inspirans, animam efflat.

Sectionis relatio.

Cerebri multo sanguine impleti ventriculus sinister et dexter aqua abundant, quum ventriculus septi pellucidi grandi sero extensus sit et ventriculus IV nihil ostendat abnorme. Plexus chorioid. utriusque lateris sanguine valde impletus est. Porro in nervo accessorio et in radicibus nervi vagi nihil abnorme observatum, nervi vero V origo valde injecta et sanguine et aqua infiltrata est. Ganglion Gasseri utriusque lateris multo sanguine abundat et inferior ejus pars, ubi radix nervis crot. bucc. transfertur, prorsus inflammata est

Arachnoideae interior saccus in medulla oblongata conspissatus et exteriori affixus est, inprimis in cervicis regione. Ubi vero arachnoideae non coaluit, cavum exsudato lactoso refertum est. Adhaesio et in anteriorem et in posteriorem partem ducit; arachnoidea in regione cerebelli conspissata est. Tela cellulosa in circumferentia durae matris medullae spinalis valde injecta ligamentumque longitudinale posterius fusco colore obductum est. Quo loco nervi exeunt, magna sanguinis effusi massa condensata erat et quidem usque ad canalem sacralem, in quo ejus massa summa erat. Ganglia, quo nervi intrant, subcaeruleo rubido colore obducta esse videntur.

Massa cerebelli a corpore fimbriato inclusa, quod

sncundum sectiones fuscum quidem, sed normale erat, maxime mollis et cana commissura medullae spinalis fusco colore obducta est et procidit, quasi liquore injecta sit. Pars lumborum medullae spinalis, permulto sanguine impletae non valde mollis est, nervi colli normales, glandulae submax. sanae et integrae, uvula et velum palatinum normalia, tonsillae vero injectae sunt et interior earum pars livida est. Pharynx infra regionem rimae glottidis normalis est; supra eam injectio certis finibus contenta, incipit, quae in regione cornuum superiorum cartilaginis thyreoideae quam maxime aucta est.

Larynx injectione fere vacua, supra rimam glottidis parva, infra cartilaginem cricoideam injectio summa est et usque ad ramos bronchiales pertinet. Deinde pericardium, lien et glandulae mesenteriales normalia sunt, pleura vero paullulum injecta, dextrum cordis atrium multo sanguine impletum. Ventriculi saccus coecus singulis maculis nigris satis magnis obductus est.

Juxta orificium ductus Wharton. solitae fimbriae multo sanguine impletae et erectae erant, quas Marochetti fortasse bullas esse existimavit, inveniuntur.

L i t t e r a t u r a.

Amelung, in Hufel. Journ. 843. März. Andry (a. d. Frz.) 785.).

K. L. F. Andry, Recherches sur la rage. Par. 780. A. d. Frz. Lpz. 785.

I. Arnold, A case of hydrophob., commonly called canine madness. Lond. 793. A. d. Engl. Lpz. 794.

Artis medicae principes: Hippocrates, Aretaeus, Alexander, Aurelianus, Celsus, Rhazeus. Rec. Praefatus est Albertus de Haller. Tom X. Laus. 774.

F. Asti, Compendio di notizie interessanti circa il veleno di rabiosi animali. Mantua 778. A. d. Ital. v. K. H. Spohr. Lemgo 787.

Bruce, D. de hydrophobia. Edinb. 755.

. P. Baumer, Unterricht, wie man einen Menschen, wie auch Thiere, so von einem tollen Hunde gebissen werden, etc., heilen soll. Erf. 765.

Baudot, Essais antihydrophobiques Par. 770. F. Boisseau de Sauvages. Diss. sur la nat. et la cause de la rage. Par. 771.

K. F. Bader, Vers. e. neuen Theorie der Wasserscheu etc. Frkf. u. Lpz. 792.

. W. G. Benedict, Ideen z. Begründung e. rationalen Heilmethode der Hundswuth. N. e. Vorr. v. Rosenmüller. Leipz. 808.

Berndt, ebend. 824. (cf. Xanthos).

A. A. Berthold, Ueber das Wesen der Wasserscheu u. ü. d. darauf zu begründende Behandlung der schon ausgebrochenen Krankheit. Gött. 825.

Bardsley, Art. Hydrophobia in Cyclopaed. of. pract. med

Böttger, unfehlbares Mittel wider den Biss toller Hunde durch mehr als tausendfache Erfahrungen bewährt und durch ärztliche Zeugnisse bestätigt. Dresd. 83

Brera, klinischer Commentar über die Behandlung der Wasserscheu. Uebers. v. Maier. Brandenb. 1822.

A Catani, Riflessioni fisico-med. supra un nuovo anti-lisso. Napoli 756.

A. du Choisel, Nouv. méthode sûre, courte et facile pour le trait des personnes attaques de la rage Par. 756.

P. Chabert, Ueber die tolle Hundswuth und deren Heilung. A. d. Frz. v. G. F. Löck. Berl. 813.

J. C. A. Clarus, der Krampf etc. I. Thl. S. 302.

A. Capello, Memoria sull. idrofobia. Rom 824.

Clater, Fr. u. Sohn, die vorherrschendsten Krankheiten des Hundes, deren Entstehung und Art, sie zu heilen. A. d. Engl. v. Lentin. Weimar 1834.

Celsi, .A. Corn., de medicina Libri VIII rec. Krause Lipz. 1766.

F. Chaussier et Enaux, Meth. de traiter les morsures des anim. enragés et de la vipère. Dijon 785.

Dioscorides, P. Anazarbei, de materia medica. Libri V Edit. C. Sprengelii. Lips. T. II.

J. Fehr, Etwas über die Hundswuth. Münster 784.

Fehr, Ausführl. Nachrichten von einer tödtlichen Krankheit nach dem tollen Hundbisse und einer Uebers der Zufälle der Wuth bei Hunden und Menschen ihrer Heilart und der dahin einschlagenden Polizeianstalten. Gött. 790.

Jessé Foot, An essay on the bite of a maddogg. Lond 788.

Ejusdem, A plan for preventing the fatal effects from the bite of a maddogg. Lond. 793.

J. Fothergill, Abhandlung über die Krankheit, die durch den Biss eines tollen Hundes veranlasst wird etc A. d. Engl. v. K. Werner. Wien 1810.

F. Fievée, Consid. sur la rage etc. Paris 824.

Franque, J. B., Geschichte der Seuchen, welche in dem Herzogthum Nassau seit dem Ende des vorigen Jahrhunderts unter den Hausthieren geherrscht haben. Frankf. a. M. 1834.

Franque, Die Seuche unter den Füchsen und anderen Raubthieren in den Jahren 1823—26 nebst Bemerkungen über die ursprüngliche Wuthkrankheit. Frankf. a. M. 1827.

J. Gillmann, On the bite of a rabid. anim. Lond. 812.

Goeden, Bedeutung und Heilmethode der Wasserscheu. Breslau 1816.

B. Gnecchi, Osservazioni sulle rabia e del relativo metodo di cura. Milano 820.

Greve, über die Krankheiten der Hausthiere verglichen mit den Krankheiten der Menschen. 2 Bdch. Oldenburg 1818.

J. A. Hoffmann, rabiei caninae ad celsum usque historia critica. Lips. 1827.

F. Hoffmann, Anweisung, wie die schädlichen Folgen des Bisses von einem wüthenden Hunde zu vermeiden sind. Altenb. 781.

R. Hamilton, Remarke on hydrophobia. Lond. 785—798.

J. C. F. Harless, Ueber die Behandlung der Hundswuth etc. Frkf. a. M. 809.

C. H. Hertwig, Beiträge zur Kenntniss der Wuthkrankheit oder Tollheit der Hunde. Berlin 1828.

J. V. Hanke, Prophylakt. Heilverfahren bei Verletzungen vom tollen Hunde und Behandlung der eingetretenen Wuthkrankheit. Breslau 830.

E. O. Henze, D. de hydrophobiae diagnosi et aetiol. Jen. 843.

C. Hampeis, in Oesterr. Jahrb. 845. Nov.

R. James, Treatise on canine madness. Lond. 760.

H. Julius, Kurzer Unterricht von der Hundswuth. Hamburg 821.

Jäger, Medizinische Anweisung wegen der tollen Hundswuth. Stuttg. u. Tübing. 1782.

J. Kempf, Prakt. Unterricht, wie der Wasserscheu etc vorzubeugen und Einhalt zu thun sei. Frankfurt und Leipz. 766.

J. R. Keup, Etwas über die Kenntniss und Heilung der Wasserscheu. Düsseld. 788.

F. C. K. Krügelstein, D. Geschichte der Hundswuth und Wasserscheu und deren Behandlung. Gotha 825.

Kreutzer, Anleitung zur Kenntniss der Wuthkrankheit der Hunde und anderer Thiere. Augsb. 842.

Krügelstein, in Henke's Zeitschrift der Wiener Aerzte 1843.

Lavirotto, Observ. sur une hydrophobie spontanée. Paris 757.

J. M. F. de Lassone, Méth. éprouvée pour la trait. de la rage. Par. 764.

J. Lotti, Saggio e memoria della cura preserv. dell' idrofobia etc. Vened. 775.

A. Leroux, Obs. sur la rage suivies de refléxions sur les spècifiques de cette maladie. Dijon780.

Leroux, Diss. sur la rage. Par. 783. A. d. Franz. Tübingen 795.

Leroux, Trait. local de la rage et de la morsure de la vipère. Edinb. et Paris 785.

A. Laluette, Essais sur la rage etc. Par. 812.

S. Liberali, Ricerche supra l'idrofobia e supra la pratica d'ellincisione delle pustule sublinguali Treviso 825.

Lenhossek, die Wuthkrankheit etc. Pesth u. Leipz. 837.

Lippich, in Verhandlung der Gesellschaft der Wiener Aerzte 1843.

J. Labié, Heilmethode gegen die Hundeswuth bei Menschen und Thieren etc.

Layard, Versuch über den tollen Hundsbiss. A. d. Engl. Leipz. 1778.

Morando Morandi, Della cura preservativa della rabia canina. Ancona 755.

F. H. Hetzler, Unfehlb. Wehrmittel gegen die Wuth u. Wasserscheu etc. Freiburg. 761.

Mangold, D. d. hydrophobia a morsu animal. rabid. et aliis causis. Erf. 765.

P. F. Münch, Kurze Anweisung wie die Belladonna im tollen Hundsbiss anzuwenden ist. Gött. 783.

Mederer (lat. Freib. 783.)

M. Mederer, Syntagma de rabie canina Freib. A. d. Lat. Nürnbrg. 809.

J. Mease, An essay on the diseaese produced by the bite of a maddog. Philadelph. 793. a. d. Engl. 798.

T. L. F. Metzger. (pr. J. H. F. Autenrith), de hactenus praetervisa nervor. lustratione in sectionibus hydrophoborum. Tübing. 802.

A. Monot, Observ. sur l'hydrophobie Beçans. 799.

W. Marryan A. treut. explaining the imposibility of the deaese, called. hydrophobia, being caused by the bite of any rabid. anim. Lond. 809.

B. Moseley, On hydrophobia. Lond. 813.

G. H. Masius, v. d. Hundstollheit und Wasserscheu. Rost. 815.

M. Marochetti, Observ, sur l'ydrophobie. St. Petersb. 821.

Magendie, Journ. T. VIII.

C. Nugent, Essay on the hydrophobia. Lond. 753. a. d. Engl. Lpz. 777.

Magistel, Mém. sur l'hydrophobie etc. Par. 824.

O'onnel, Cases of hydrophobia, mith some observ. on the nat. and. seat of. the deaese Lond. 813.

C. Ponteau, Essais sur la rage. Par. 771.

A. Portal, Observ. sur la nat. et le trait. de la rage. Yverdun 779. Alençon 780 a. d. Frz. Lpz. 782.

C. Pucciardi, Pensieri e nuovo methodo per render inefficaci i veleni della scripera e del morso del cane rabbioso. Pisa 795.

Pearson, the arguments in favur of inflammatory diathesis in hydrophobia. Birmingham 798. Lond. 807.

G. Pincard, Cases of hydropholia. Lond. 819.

Pommer, in Rusts Magaz. Bd. XXII. S. 66.

P. F. Roserus, Abhandlg. über das Entstehen des Ursprungs und der Heilungsart der Hundswuth. Stettin 795—797.

J. C. Rougemont, Abhandlg. über die Hundswuth a. d. Frz. v. F. G. Wegeler, Frkf. a. M. 798.

Ryce Wynne, Particulars of a case of hydrophobia. Lnd. 814.

Rittmeister, in Hufel. Journ. Bd. 44. St. 1. S. 100.

T. J. Büchner, Versuch durch mehrere Vorschläge dem Wesen der Hundswuth näher zu kommen.

E. gekrönte Preisschr. Aarau 827.

Rust, in Aufsätzen und Abhandlungen a. d. Geb. d. Med. etc. Berl. 836. Bd. II.

Rüttel, Med. Corresp. Bl. baierisch. Aerzte 842. Nr. 28. 29, 30.

T. W. Schröder. Beantwortung der Frage: ob die Wasserscheu auch ohne vorhergegangene Ansteckung im menschlichen Körper entstehen könne? Gött. 779.

J. F. Sand, Vorschlag z. Verbesserung der allgemeinen Polizeianstalten, wodurch die Wuth der Hunde, wo

nicht ganz ausgerottet, doch vorgebeugt werden kann. Erl. 797.

G. v. Schallern, Anweis. der. Hundswuth auf eine durch lange Erfahrung erprobte Weise sicher vorzubeugen und sie zu heilen. Baireuth 824.

W. W. Schneemann, Ueber die Verhütungs- nnd Heilkur der Hydrophobie. Augsb. 825.

Sauter, Behandlung der Hundswuth. Constanz 838.

Staub, in Encyclop. Wörterb. der med. Wissenschaft. Berlin 838. Bd, XVII.

Sander, vermischte Beiträge zur prakt. und gerichtlichen Thierarzneikunde. Berlin 1810.

Schurigius, Sialologia. Dresdae 1723.

Swieten Comment, in H. Boerhave's Aphorismos, T. III. Hildbrgh.

Triballot de la Lance, D. de hydrophobia sine morsu praevio Bas. 765.

Baldingers, Sylloge I.

J. Tatscher, Observ. on hydrophobia, produced by tho bite of a maddog. Plymouth 812.

Swiajin v., Untrügliche Heilmittel wider den Biss toller Hunde. A. d. Russ v. a. W. Tappa. Petersb. 817.

J. F. Trolliet. Noveau traité de la rage. Lyon 820.

Textor, In Henke's Zeitschrift. 843.

Urban, In Hufel. Journ. 826.

. Vaughan, Cases and observ. on hydrophobia. Lnd. 778.

Ueberlacher, In Stollii dissert. Vol. 2.

Viborg, Commentatio de Enzootia canina atque hydrophobia, qui morbi anno saecul. currentis 15mo et 16to grassati sunt Havn. 1817.

G. Wedekind, Kurze Nachrichten v. d. Erkenntniss und Heilart d. Hundsw. Augsb. 803.

. Wendt, Ueb. d. toll. Hundsbiss u. die Schrecknisse seiner unglücklichen Folgen. Bresl. 811.

Wendt, Darstell. e. zweckmäss. u. durch d. Erfahrung

erprobten Methode z. Verh. der Wasserscheu nach d. Bisse e. tollen Hundes. Breslau 824.

R. White, Original experiments and pract. observ. on hydrophobia or canine madness. Lond. 825.

Williams, Elements of Medicine etc. Vol. II. pag. 223.

Xanthos, in Hufel. Journ. 824. März.

J. Booth, Pract. observ. on hydrophob. Lond. 824.

Amelung, ebendas. Decemb. (cf. Xanthos).

Buisson, Traité de l'hydrophobie, vulgairement appelle rage, suivi de moyens préserv. et curatifs. Par. 82

Eisenmann, D. Fam. Rheuma p. 188.

Martin, St., Monographie der Hundswuth. A. d. Frz. Fetzler. Ilmenau 1824.

Previtali, Observationi prat. sull. idrofobia e nuova cu profilattica della medesima. Milano 820.

Paulus, Die einzig wahre Ursache der Hundswuth, un die Mittel, d. Uebel gänzlich auszurotten. Rinteln 179

Pilger, Handbuch der theoret. Veterinär-Wissenschaf Leipz. 1830.

Portal, Sur la nature et le tractement de la rage. Yoe dun 1789.

Ribbe, Geschichte der Hundswuth. Leipz. 1820.

Youatt, on hydrophobia 1825.

Youatt, on canine madness. London 1831.

Wirth, Lehrbuch der Seuchen und ansteckenden Krank heiten der Hausthiere. Zürich 1838.

Faber, die Wuthkrankheit der Thiere und Menschen Karlsruhe 846.

VITA.

Natus sum ego Fridericus Wilhelmus v. d. Nah-
nahmer ante diem VI. Idus Octobres a. h. s. MDCCCXXII in
rbe Hagen, patre Wilhelmo v. d. Nahmer, matre Eli-
abetha e gente Schaberg, confessioni evangel. addictus.
'rimis litterarum elementis domi privataque institutione imbu-
ıs, progymnasium Briloniense, directore Lefarth per IV. an-
os frequentavi, tum per duos annos gymnasium Coefeldiense,
uod sub auspiciis directoris Soekeland florebat. Testimonio
ıaturitatis ornatus tempore autumnali a. h. s. XLI Marburg
ıe contuli ibique per duos annos juris prudentiae operam dedi
; deinde Bonnae per IV semestria. Sed jurisprudentia dere-
cta, ad medicam artem transii et Bonnae per duo semestria
gentes audivi:

Ill. Mayer, de anatomia corporis humani. de arte cada-
ıra rite dissecandi.

Ill. Weber, de angiologia, de osteologia, de splanchno-
gia.

Ill. Bischof de chemia anorganica.

Ill. Plueker, de physice.

Ill. Noeggerath, de oryktognosia et geognosia.

Beat. Goldfuss, de zoologia.

Ill. Treviranus, de botanice.

Ill. Naumann, de pathologia et therapia universali, de
miotice.

Exp. Hoppe, de ignis effectu in chirurgia.

A. Bonna Gryphiam me contuli et legentes audivi:

Ill. Berndt, de pathologia et therapia speciali, de arte
stetricia, de operationibus obstetriciis, de morbis neonatorum.

Ill. Baum, de chirurgia universali et speciali, de opthal-
logia, de akiurgia, de fracturis et luxationibus.

Ill. Litzmann, de materia medica, de arte formulas
dicinas concinnandi.

Ill. Schultze, de neurologia, de anatomia comparata, de
ıtomia pathologica, de physiologia.

Cel. Laurer, de arte fascias rite alligandi.

Exp. Eichstedt, de morbis exanthematicis, de operationibus chirurgicis in cadavere instituendis.

Exp. Glubrecht, de medicina forensi.

In clinico medico et obstetricio dux mihi fuit Ill. Berndt, in clinico chirurgico et ophthalmiatrico Ill. Baum.

Quibus omnibus viris optime de me meritis gratias ago semperque habebo quam maximas.

Jam vero tentaminibus quum philosophico tum medico examineque rigoroso superatis, spero fore ut dissertatione thesibusque rite defensis summi in medicina, chirurgia et arte obstetricia in me conferantur honores.

THESES.

I.

In pneumonia acuta nullum remedium venaesectioni anteponendum.

II.

Venaesectio in hydrophobia adhiberi non debet.

III.

In varicocele quaevis operatio refutanda est.